



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

R.D. Iacobi Marchantii Vitis Florigera

Marchantius, Jacobus

Coloniae Agrippinae, 1661

Opvscvlvm II. De Co[n]versione animæ peccatricis sub schemate &
historia Samaritanæ, à Christo conversæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56381](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56381)

nes se jam
eterna Co-
rona pra-
parare.

Apo. 19.

care, illamq; Deo speciatim consecrare præparan-
do se & disponendo ad Iubilum æternum, & ad
Coronam immarcescibilis gloriæ adspirando. Hoc
enim intendunt omnes sacræ ceremoniæ tunc pu-
blice celebratæ: Sacro convivio Eucharistico eo-
die celebratæ pascuntur, ac postmodum etiam con-
vivium amicorum cum solemnitate instituitur,
quasi ad novas nuptias invitarentur, ac quasi eis di-
ceretur: *Beati qui ad cenam nuptiarum Agni vo-
cati sunt.* Ubique resonat lætitia & exultatio in
Psalm. Hymnis, Canticis, ut moneantur illius ju-
bilationis in qua cor & caro nostra exultabunt in
Deum vivum.

Hinc & illæ benedictiones eis postremò dantur:
*Benedicat vobis Deus Pater, qui vos creavit, & ab
omni malo culpa & pena, corporis & animæ, immu-
nes vos faciat perseverare amodo, & usq; in secula,
Amen. Benedicat vos Dei Filius Iesus Christus, qui
pretioso suo sanguine redemit, detque pacem peccato-
ris in presenti, & in futuro pacem Æternitatis. A-
men. Converterat super vos vultum suum Spiritus
sanctus, & benedicit vobis qui vos sanctificavit, sa-
cri privilegio lubiles, & omni benedictione spiri-
tualis in celestibus, ut tandem inveniamini in con-
sortio illorum de quibus scriptum est: Beati qui ha-
bitant in domo tua, Domine, in secula seculorum*

laudabunt te. Amen. Ecce quam multiplex benedi-
ctio excitans animos ad laudem & jubilationem
æternam, ad quam sepulchro vicini seniores sese
debent præparare. Certè beati qui vocationi suæ
satisfecerunt, piè, sobriè, iuste vivendo in hoc se-
culo; ideoq; expectant beatam spem, & adventum
gloriæ magni Dei, Omnia desideria Sanctorum, ut
observat S. August. & alii Sancti Patres, ante incar-
nationem in Christum tendebant, tamquam in eum
qui venturus esset, *Desideratus eundem gentibus. Et Aggai 2.
Desiderium collium æternorum nominatus.* At post
ejus incarnationem omnia desideria Sanctorum in
illum ipsum tendunt, qui advenire rursus debent,
ut perfecte dominetur in nobis, destructo regno
peccati & Satanae, & per victoriam suam penitus
absorpta morte. Qui ergo non desiderat Christi ad-
ventum, hic non est ejus: Qui verò desiderat, hic ei
proximat, & non potest esse exors coronæ quam
præparavit diligentibus se. Felix igitur est, & ni-
mium felix, quisquis in senectute & sine vitæ cy-
gnæam illam vocem cum júbilo edere potest, in-
star expirantis oloris: *Bonum certamen certavi, 2. Tim. 6.
cursum consummavi, fidem servavi. In reliquo re-
posita est mihi corona justitiæ, quam reddet mihi ju-
stus Iudex; non solum autem mihi, sed iis qui diligunt
adventum ejus.*

OPUSCULUM II. SONVS EPVLANTIS IN VOCE CONFESSIONIS.

De conversione animæ peccatricis, sub schemate & historia Samaritanæ,
à Christo conversæ.

LECTIO I. TRIPARTITA.

Ita sus fatigatus ex itinere, sedebat sic supra fontem:
hora erat quasi sexta Ioan. 4.

Pars I.
Declarat
mysterium
temporis,
& hora hic
designat.
Cant. 1.

Diebat olim Sponsa in Canticis:
indica mihi, quem diligit anima
mea, ubi pascas, ubi cubes in meri-
dies, ne vagari incipiam post greges
sodalium tuorum. Respiciebat ad
tempus adventus Filii Dei, qui tam-
quam Pastor bonus veniebat, ad oves dispersas re-
quireret, pasceret & tandem ad ovile Patris redu-
ceret. Ad hanc porro petitionem Sponsæ nonne vi-
detur respondere Sponsi Secretarius, S. Ioannes
dum hic dicit: *Ita sus fatigatus sedebat supra fontem
& hora erat quasi sexta.* Tu tibi tempus, scilicet *Me-
ridies*: tu locus, ubi pascis, ubi cubat in meride.
Non est necessarium Sponsam eum quærantem

ultra vagari, veniat ad hunc *Fontem Jacob*, & vide-
bit quomodo pascat, quomodo sedeat, quomodo
cubet, quomodo hic eam expectet. Veniat circa
meridiem, & cum inveniet. Omnia certè hic plena
sunt mysteriis, sive tempus consideres, sive locum,
sive sessionem & accubitum, sive pascendi modum.
Declaramus singula.

Primo quidem, non sine mysterio designatur tē-
pus, dum dicitur: *Hora erat quasi sexta.* Iudæi in
duodecim horas dividebant dies, & in totidem no-
ctes. Unde hora quasi sexta propè meridiem tunc
fuisse significat, horamque comedendi & pranden-
di designat. Quapropter eà horâ cibum invenit
Christus sibi gratum, quia licet ex se insipidus pri-
mum foret, & immundus, ac durus, aquâ tam en-
gratiæ suæ, & sapientiæ liquore, ac charitatis igne,
proè novit illum eluere, condire, coquere, & in
corpus suum trajicere, sive illum sibi incorporare.
Si laudatur Rebecca, optima illa mater, & subito
ccc hoc dum

Hora sexta
vult pran-
dere Iesus.
Gen. 27.

hædum coquere & condire ita poterit, ut gratissima fuerit esca palato Isaac, sicque benedictionem filio suo Jacob conciliarit: Multo citius divina Sapientia escam parat tibi Patrique æterno hædis, id est, ex peccatoribus; ut fiat eorum conversio gratum omnino epulum hora qua urget fames, hora, inquam, sexta.

Sic erat hora quasi sexta dum S. Petrus in superiora ascendere, ut oraret, quando & epulum planè mirabile & mysticum eide de celo fuit demissum. Sic enim ait textus: *ascendit Petrus in superiora ut oraret; circa horam sextam. Et cum esset, voluit gustare. Paransibus autem illis, cecidit super illum mens excessus, & vidit celum apertum & descendens vas quoddam velus linteum magnum, quatuor initiis submissi de celo in terram, in quo erant omnia qua irupedia, & serpentina terra, & volatilia celi. Et facta est vox ad eum: Surge Petre, occide, & manduca. Ati autem Petrus: Absit Domine, quia nunquã manducavi commune & immundum. Et vox iterum secundo ad eum: Quod Deus Purificavit, tu commune dixeris. Hoc autem factum est, et statim preparatur Petro, æquo timet infici; sed coelitus edocetur, hunc esse cibum Dei, serpentem animaliumq; immundorum, hoc est peccatorum conversionem, & in corpus Christi trajectionem. Hanc jam inchoat ipsemet Christus in Samaritana, & plenius postmodum Petrus & Apostoli perficient, quatuor partes orbis, quasi lintei vasti quatuor initiis suscipiendo, & ad fidem adducendo corporique Christi post purificationem baptismi aggregando. Quapropter dixit S. Ambrosius ep. 2. *Petrus ad horam sextam ascendens in superiora, baptizandorum gentium cognovit mysterium.* Eadem scilicet hora quã Christus ad aquas adduxit Samaritanam.*

Hora sexta S. Petrus prædere jubetur. Act. 10.

Hora sexta sextam ætatem mundi signat.

Hora quasi sexta peccavit Eva. Gen. 3.

servorem aura benignitatis suæ lenire oprans, Non sic modò, sed æstu charitatis plenus in meridie illum dividere optat accedenti ad se mulieri, & lucem plenissimam infundere. Inquiritur apud Job. c. 39. *Dic mihi, qua via spargitur lux, aut ai viditur æstus super terram?* Respondere nunc possumus, illa via per quem Dominus venit ad fontem Iacob, & in illo loco in quo sedet fatigatus in meridie ad horam sextam, verè spargitur lux in cor tenebrosam animæ peccatricis, & dividitur auræ divini amoris in cor frigidum Samaritidis; quæ tandem aperit soli faciem suam, hoc est Christo conficiam suam, nec abscondit se à colore ejus, nec terretur ejus voce, ut Adam aut Eva in Paradiso, sed confitetur culpam & vitam præteritam, ideoque obtinet remissionem & gratiam.

Quid dicemus de hac muliere, hora sexta transiente Domino, sic conversa? Verè Samaritanæ huc dicere potest Dominus illud; *Eras nuda & confusione plena, volut abarù in sanguine tuo. Et transivi per te, & vidi te, & ecce tempus tuum, tempus amantissimi. Expandi amicum meum super te, & operui ignominiam tuam. Et laxavi te aqua, & emundavi sanguinem tuum.* Nempe volutabatur ipsa in adulterio ignominiosè, & peccatis sanguinum commaculata erat; sed dum hora quasi sexta juxta eam transiit Dominus, & oculo benignitatis suæ dignatur eam intrare, tempus illud, *tempus amantissimi* est, quia fidelis & caritatis amictu dignatur eam cooperire, & aqua sapientiæ potare, ac immaculatam reddere. Quæ felicem horam, id est felicem transitum amantissimi Christi, & æstum amoris sui in meridie communicacionis pauperculæ peccatricis!

Denique dicamus hanc horam quasi sextam, in qua sedet & recubat Dominus juxta fontem, præsignificasse & præcurrisse illam horam sextam quæ postmodum recumbere debebat fatigatus ex itinere in cruce sua, & ibi aperire fontem sanguinis sui, & advocare omnes de Ierusalem, omnesque Samaritanas, hoc est peccatrices animas. ad potandum de quinque pretiosis fluentis, ad remissionem & abluionem peccatorum ordinatis, sicut prædixit: *In illa die erit fons patens domui David, & habitantibus Ierusalem in abluionem peccatorum & monstruosa.* Rursus ergo ibi pascit, ibi cubat in meridie, is qui diligit animas, & quem anima omnis debet diligere: ibi propinat aquam vitæ omnibus ex calice passionis suæ, & ex fonte patente. Verè tempus illud, tempus ejus est, *Tempus amantissimi* est, & hora felicis transitus. Sed hæc factis de hora & tempore, nunc de loco pauca dicenda.

Locus quoque in quo Christus herere aliquantulum voluit & sedere, celebris est, & mysterio plenus, de quo Evangelista: *Veni in civitatem Samarie, que dicitur Sichar, juxta prædium quod dedit Jacob Ioseph filio suo. Erat autem ibi fons Iacob, Christi tempore Sichar dicebatur corruptè urbs illa que Sichæ antiquitus vocata fuit; in qua multa peracta sunt.*

Hora sexta Samaritana nuda confusur.

Paradise Declare mysterium loci qua ibi erat fons Iacob.

sunt memoratu digna, ut constat ex veteri testamento.

In Sichem
Abraham
Domino
Altare a-
dificavit.
Gen. 12. &
13.

1. Cum Abraham iussu Dei ex Mesopotamia in terram Chanaan venisset, primum venit in Sichem, ibique altare edificavit Domino, & ibidem terræ illius promissionem accepit. An non hic figura? Ecce enim hodie Christus, filius Abraham, iussu Dei in Sichem venit, & repudiato templo & altari antiquo erigit altare in quo adoretur in spiritu & veritate. Hoc amirum est altare Fidei veræ, de quo agitur cum Samaritana, cum instruit & illuminans, & in corde eorum edificans, in qua offerre valeat victimam penitentis, & perfecti holocaustum amoris. Ibique participem eam facit promissionis divinæ de terra fluentis lacte & melle.

In Sichem
Jacob tabernaculum
fixit. &c.
Gen. 33.
Gen. 35.

2. In Sichem quoque Jacob fixit tabernaculum revertens à Mesopotamia, & emit partem agri à filiis Emor. Ac ibidem erecto altari, in vocavit super illud fortissimum Deum Israel. Denique, juxta Sichem infodit subter terebinthum omnia idola. An non & ibi figura? Ecce Christus, filius Jacob, incipit tabernaculum figere prope Sichem in cordibus eorum quos convertit cum Samaritana: Et licet imbecillis & fatigatus ibi jaceat in parte agri olim à Jacob empti, tamen docet *In vocare fortissimum Deum Israel*, erudiens nos, quod infirmitas sua sit fortitudo nostra. Ibi docet infodere omnia idola & peccata, denique verum ac vivum Deum adorare in spiritu & veritate, quia Deus spiritus est.

In Sichem
corrupta
est Dina.
Gen. 34.
Gen. 49.

3. In Sichem Dina corrupta est à filio Regis, & ex inde secuta est effusio sanguinis à filiis Jacob, non obstante pacto cum Sichemitis inito, eos invaserunt, & crudelitate trucidarunt. Quapropter de ipsis Jacob: *Simeon & Levi yasa iniquitatis bellantia, in consilium eorum non veniat anima mea, quia in furore occiderunt virum, & in voluntate sua susfuderunt murmur. Maledictum favor eorum, quia per sinax, & in dignatio quia dura.* In hoc igitur loco, ubi stuprata fuerat & rapta Dina, tantaque effusio sanguinis facta, aquam ostendit Dominus, quæ omnia hæc peccata elui possunt, & quæcunque alia; dum ibi à peccatis sanguinem emittat Samaritanam, & ibi immunditia ad sanctitatem eam transfert.

In Sichem
per Iosue
fœdus ini-
tum inter
Deum &
populum;
&c.
Iosue 24.

4. Fœdus initum fuit inter Deum & populū per Iosue in Sichem. Et ibidem ossa Iosue, quæ tulerant filii Israel de Ægypto, sepulta erant, in illa parte agri, quem emerat Jacob à filiis Emor centum novellis ovibus. Ibi ergo sedebat Christus, & pactum inire fœdabat inter populū illum ex parte infidelē, & inter Patrem suū æternum, & populum, qui hic *Fons Jacob* dicitur, quia nempe à Jacob extructus erat: & hujus rei memoria apud Samaritanos permanens honorabilis ob dignitatem tanti Patriarchæ. Nam & Samaritani glorificabantur de Patriarchis qui in istis locis mansiones fixerant, & sese contra Iudæos extollebat de ea re, licet eorum pictatē non imitarentur. Interim quod Fons

ille Jacob à Iudæis, qui filii naturales ipsius Jacob erant, transferat in possessionem alienigenarum, si-
gnum erat quod vera hæreditas eorum, hoc est, promissiones Patrum, & regnum Dei, transferretur ad Gentes; quod eis prædixit Dominus: *Au-
feretur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facien-
ti fructum.* Egebant porro Patriarchæ his puteis ob greges suos, erant enim ovium Pastores, & in ovibus ac armentis rota eorum consistebat substantia. Hinc fodit Isaac multos puteos in Gerara. Vnum vocavit *Calunniam*, alterum *Inimicitias*, tertium *Latitudo*. Non dedignabantur Patriarchæ cunc pastoriam artem, nec filii eorum, immò nec filia Nam Rebecca & Rachel leguntur pavisse greges, mira certè temporum illorum castitate & simplicitate. Moysen quoque minasse gregem, pernotum est, ex libri Exodi initio.

Sed quod dicimus, Fontem illum Jacob celebrem fuisse ob honorem Patriarchæ Jacob, qui illum extruxit, multo celebriorem fuisse ob honorem Christi & colloquium ibi cum Samaritana adiciendum est; quandoquidem illud colloquium conversioni non solum mulieris illius, sed & multorum de civitate initium dedit. Immo in his primitiis Ecclesiæ de gentibus antea derelicta hic incipit à Christo desponsari. Quapropter notari dignissimum est, quod sacris in litteris celeberrima matrimonia apud fontes aut puteos fuerint initiata. Patet in Matrimonio Isaac cum Rebecca. In Matrimonio Jacob cum Rachele. In Matrimonio Moysen cum Sephora. Samaritanam igitur eam hic desponsat in fide Christus apud puteum; & in ipsa sibi matrimonio jungit Gentilem populū, quia ipsa Gentilis erat & adultera: sed dum *obliviscatur populū suum*, veteresque mores, & domum patris sui Saranæ *concupiscit* Rex decorem ejus apud fontem, eam & portans & lavans sublimiori aqua cælestis gratiæ. Atque etiam, teste S. Augusti, ideo hæc Patriarcharum conjugia, apud fontes fuere peracta, ut jam in typo significaretur animas postmodum à Deo fore desponsandas per baptismum: *Levatis quoque in verbo*

Celeberrima matrimonia apud fontes & puteos initiata.

Gen. 24.
Gen. 29.
Exod. 2.

psal. 44.

Ephes. 5.

Hunc porro locum conversionis & novæ regenerationis suæ absque dubio sæpe revisit hæc Samaritana, poteratque ibi cum gaudio inclamare: *O felix puteus fonsque beatus, ubi fons & origo fuit conversionis meæ! O principium omnis boni mei, & testis colloquii salubris cum Salvatore anime meæ! O felix mihi aqua, quæ occasionem dedit potandæ aquæ vivæ! O felix lapis & terra, Cathedra Magistri veritatis, in qua sedit ille qui animam meam convertit! O felix hora quæ accessit, ut animam meam consolatore reperirem & Medicum! Currite lachrymæ, currite ubertim cæ gaudio, & exilite de fonte cordis mei, & si fas est, fontis huius aquas augere.*

Certè sicut Magdalena quoties potuit adesse ad pedes Domini summo exilivit gaudio lacrymas; & renovavit, non tam doloris, quam amoris: ita absque dubio Samaritana sæpe meminerat fontis sui, & ibi

psal. 96.

Omnes
Christiani
locum con-
versionis
Samarita-
ne honora-
rant.

Diversi
fontes,
templis
circum-
datis.

sedentis Domini; lachrymasque suaves emittebat, confitens Domino, & memoria sanctificationis ejus. Atque ut hanc renovaret memoriam, juvabit locum revivere, in quo hæc inchoarat sanctificatio.

Neque solum ipsa sed & postmodum Christiani omnes hunc locum honore singulari sunt profecti; quia teste Beda de locis sanctis c. 15. hunc puteum Jacob templo ibi edificato cinxerunt. Sic enim ait Beda. Prope civitatem Sichem Ecclesia quadrifida est, hoc est, in modum crucis facta, in cuius medio fons Jacob habetur. Idem testatur S. Hieronymus agens de locis Hebraicis. Nec mirum, quod ob tam illustre ibi à Christo peractum miraculum in conversione hujus mulieris ac Samaritanorum, fons ille & locus adornatus fuerit & sacer habitus, quandoquidem, & alii fontes multæ venerationem habeant, & circumdati templis cernantur, eò quod illis aliquam benedictionem Sancti impetierint, de illis bibendo aut ægris propinando.

Sic Eptornaci in ducatu Luxemburg. in inferiori Ecclesia, quam Cryptam vocamus, sub Deiparæ Virginis ara fons scaturit, qui per subterrancos meatus fluens, in inferiori planicie limpidissimus egreditur. S. Willibrordi Fons dictus, ad varios morbos sanandos efficax.

Sic in Cœnobio Sanctimonialium Clarifontis prope Arlunum, colitur fons, qui etiam hodie vocatur Fons S. Bernardi, eò quod illi S. Bernardus benedictionem impetierit: atque etiam morbidis opitulari asseritur.

Sic Bronii, in Monasterio S. Gerardi, Diocesis Namurensis, visitur Fons in medio templi, sive puteus (qui etiam S. Gerardi puteum dicitur) ægris multis afferens sanitatem; ita ut peregrini, multi eum adeant ad hunc effectum.

Similiter & Cervix (Oppidum est Hannoniæ) in Ecclesia Deiparæ Virg. miraculis illustri, Fons & Puteus cernitur, qui ex antiquo tempore in veneratione est: ita ut locus dictus fuerit ab illo, *Dolina nostra de Fonte*.

Denique ut cætera loca fontibus illustria ob memoriam Sanctorum præteream, quorum magnus est variis in Provinciis aut regnis numerus; visitur in Monasterio nobilium virginum S. Gerlaci, non longe à Trajecto ad Mosam, Fons Gerlaci, qui ejus tempore tribus vicibus in vinum conversus fuisse, traditur, multisque miraculis illustris fuit; de quo solitus erat S. Gerlacus bibere agens piam vitam in solitudine. Hæc ex Belgio. Noti sunt & Romæ, Fons exsiliens in carcere Mamertino, ut Petrus custodes carceris baptizaret, aliique Fontes, ob caput S. Pauli exsiliens, etiam & ipsi exsiliences. Sic & in singulis Provinciis, ut dixi, illustres sunt fontes ex Sanctorum titulis.

Quod si ob memoriam Sanctorum, hi & multi alii fontes venerationem habeant: quanto magis dignus fuit honore ille Fons Jacob, immò Fons Christi, ubi Sanctus Sanctorum sedet, & sublime illud colloquium (quod Evangelista Ioannes haud præ-

tereundum duxit) cum Samaritide habuit, illam instruens de aqua viva & saliente in vitam æternam, & per illam alios Samaritanos? Verè putei illa vocare puteum illum sicut Agar suum: PUTEUS VIVENTIS ET VIDENTIS ME. Sed hæc facis de loco, nunc videndum de Christi sessione, ex fatigatione orta.

Statio Christi Domini & fatigatio juxta fontem, plena quoque mysterio est, quam describit S. Ioannes: Iesus autem fatigatus ex itinere sedebat sic supra fontem. Ideo hæc de re sic dicitur S. Augustinus. *Lam incipiunt mysteria. Non enim frustra fatigatur Iesus: Non enim frustra fatigatur virtus Dei: Non enim frustra fatigatur per quem fatigati recreantur. Non enim frustra fatigatur, quo deserente fatigamur, quo presente firmamur. Fatigatur tamen Iesus, & ab itinere fatigatur, & sedet, & juxta puteum sedet, & hora sexta fatigatus sedet. Omnia ista innuunt mysterium, inquit ipse.*

Primò igitur consideranda est hæc fatigatio, quam pro nobis assumere voluit Filius Dei in opere redemptionis. Is, inquam, quo nihil fortius est, per quem sine ullo labore vel fatigatione facta sunt omnia. Propter nos igitur fatigatus est, qui propter nos viator factus est portans pondus dei & æstus. Fortitudo Christi nos creavit, infirmitas Christi nos recreavit. Fortitudo Christi fecit ut quod non erat, esset, infirmitas Christi fecit, ut quod erat, non videret. Condidit nos fortitudini sue; quæsit nos infirmitate sua, ait idem Augustinus. Fatigatus est igitur & ab itinere fatigatus est, Pastor qui quærebatur tota cordis, & corporis contentione oves dispersas in montibus & collibus, ideoque asperum & difficile iter ei cõficere necesse erat. Sic enim dixit Ezech. 34. *Erraverunt greges mei in cunctis montibus, & in universo colle excesso, & super omnem faciem terræ, dispersi sunt. Ecce ego ipse requiram oves meas.* Propter has oves venit saliens in montibus, transiliens colles, de caelo primum iter fecit in uterum Virginis, in Nazareth: deinde mox pergit in montana Iudææ visitaturus Ioannem cum Virgine Matre: ulterius cum illa iter peragit in Bethleem, agnino vestitus vellere, ut oves requirant in stabulo: deinde cogitur fugere in Ægyptum non sine fatigatione, reditque postmodum in Ierusalem, varios suscipiens labores à juventute sua. Post baptismum autem suum notum est ejus iter in desertum, ubi super nuda decumbit humo: & inde egressus, per triennium non cessat noctem in orationibus consumere, diem in prædicatione, jugiter urbes & castella circumundo, non equis vectus aut curribus, sed propriis pedibus, cum pulvere & sudore. Non ergo mirum, si per Samariam transiens jam post longum iter in Solis ardore circa meridiem experitur, fatigationem cum furie. Sed non tam eum fatigat itineris asperitas & inedia, quam eorum quos ad Patrem reducere avebat rebellio, & pervicacia. Nam suscepti huius itineris causa fuit invidentia Phariseorum,

ſætorum, qui livore commovebantur, quod plures nanciceretur discipulos quam Ioannes? quodque ad Baptiſimum, quem dabat per diſcipulos ſuos, foret concuſus frequentior. Quapropter reſolvit ad tempus Iudeam deſerere, & in Galilæam venire: *Oportebat autem eum tranſire per Samariam, ait Evangeliſta. Nec voluit tranſitum ſuum ſine fructu eſſe. Quia ſicut Sol nullum paſſum facit inuilem, ſed illuminando & calefaciendo hæc inferiora terram ſæcundat germinare facit, aurumque in ejus viſceribus producit aliæque commoda conferunt nunquam otioſus, ſic & Chriſtus quocumque tranſibat, lucem gratiæ ſpargebat, & calore ſuo vivifico aliquid fructum producebat, tum in animis, tum in corporibus; unde de eo ſcriptum eſt. Pertranſit benedicens omnibus.*

IOAN. 4.

ACT. 10.

Diverſe de Chriſto ſedente conſiderationes.

1.

S. Gregor. Nazian.

Cato.

2.

Cant. 5.

Interim, quia iter ipſius non eſt ſine ſpinis, & quia infirmitates noſtras ac labores tollere venit, ab itinere fatigatus ſedet, & juxta fontem ſedet, aquam que perit in refrigerium & fatigationis delinimentum. Ecce myſterium. Ecce fons juxta fontem, fons cœleſtis juxta fontem terrenum; ſed fons ſtrens & aquam poſcens, qui omnibus illam ubertim adminiſtrat. Audi S. Ambroſium ſer. 30. *Mirum in modum fons ſuper patrum ſedens, miſericordiæ ibidem fluentia producit.*

Conſiderant hic aliqui Chriſtum ſedentem ſuper puteum cum laſtitudine, & ante adventum Samaritanæ contemplantem vultum ſuum in aquis velut in ſpeculo, conſiderantemque faciem illam candidam & ſplendidam, paulo poſt vibicibus ſcædæ de turpandam; labia illa diſtillantiam myrrham primam ſelle potanda; oculos Sole pulcherrimos, in pallione conſpurcandos; capillos aureos divini capitis cruore conſpergendos & purpurandos. Certè aqua ſpeculum eſt naturale, & eo potuit uti Chriſtus qui nunquam uſus eſt artificiali, quo non tam uti, quam abuti cenſentur mundani homines. Hi tanquam Narcifſi, ex ſpeculo exitium trahunt, dum omnium ſe amant, nimiumque colunt & communt.

Namque olim forma ipſe ſue correptus amore. In fontem inſiliit, pulcherrig, ex orâ inani. Exitum traxit ſpeculo, mortemque pudendam.

Dicebat rectè Seneca: *Natura facultatem dedit nosmetipſos vidèdi; nam fons lucidus, aut leve ſaxum, cuius imaginem reddidit. Sed beneficium nature, detorqueatur in vitium, & in libidinem luxuriam, rapitur. Quia nempe ſpeculis nunc non utuntur, niſi ad vanitatem cultumque inanem corporis.*

Conſiderant alii hic Chriſtum, tanquam Ducem: *Columbarum, qua laſte lora reſident juxta fluentia pleniffima. Vnam ergo expectabat, quam ſacræ doctriinæ laetam levaret, & potaret, ac juxta fluentia pleniffima reſidere doceret; quam & ſequeretur mox grex Columbarum eadem fluentia appetentium. Quod factum eſt, concurrentibus Samaritanis gregatim ad fluentia doctriinæ & gratiæ; ad quæ quidem Chriſtus gregem ſuum columbinum, ſine*

felle futurum, & candore pennarum veſtendum, invitabat & illiciebat. Immo antiqui Patres Chriſtum Dominum hic ut aucupem deſcribunt, expectante rationales aves, retibus doctriinæ ſacræ ſalubriter involvendas juxta fontem & fluentia, ſimulque vocem illicem unicæ Columbarum dantem, ut aliàs ſecum trahat, & advocet. Hinc illud Simonis Caſſini, lib. 1. cap. 1. *Supra fontem velut aucupis Dominus ſedebat, aves rationales aucupaturus, in quibus una præcapta index ad aliàs capiendas facta eſt. Similiter loquitur S. Cyrill. in hunc locum S. Ioannis explicans. Certè hoc poſſumus aſſerere, quod nunquam aucupis, aut piſcator, loco oportuno, per quem tranſire ſolet præda, retia tendens ita avidè illam expectarit, ut Chriſtus hic juxta fluentia aquæ Samaritanam. Immo nec Noè ita cupidè Columbarum expectavit ſuper aquas, ut eam in arcam introduceret. Felix interim Columba hæc; felicia retia quibus involvitur; felix Arca inquam introducitur; felicia fluentia juxta quæ irrecitat, felices qui ejus poſtmodum vocem ſequuntur illicem, ut huic aucupi cœleſti in manus incidant, non ad mortem, ſed ad vitam, & ad vitam quidem beatam & ſempiternam. Erat ergo ipſa antea velut Columba ſedens non habens cor, ſed ducit eam*

Dominus in ſolitudinem; ibi laſtat eam, & ad cor ejus loquitur, remotis ſcilicet arbitris juxta fontem ſolus ſolam alloquitur, facitque ut convertatur ad cor: imo facit ut quæ excors fuerat, cor novum reperiat. Antea enim poterat dicere: *Multiplicatae ſunt iniquitates meae ſuper capillos capitis mei, & cor meum dereliquit me. Nunc autem poſteſt dicere: O Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum. Ecce qui elongant ſe à te peribunt Perdidisti omnes qui fornicantur abs te; Mihi autem adhaerere Deo bonum eſt, ponere in Domino Deo meo ſpem meam, ut annunciem omnes prædicationes tuas in portis ſilæ Sion. Hæc omnia huic Samaritanæ aptè conveniunt, ut patebit in ſequentibus; quia relictis omnibus, ſolique illi adhaerens in quo bonum eſt ſpem ponere; abiit in civitatem, ut in portis annunciarer omnibus prædicationes, laudesque Chriſti, à quo antea ſe elongaverat per fornicationes ſuas.*

Conſiderant quoque nonnulli myſterium in his Evangelicæ verbis; *ſedebat ſic.* Litteraliter quidem juxta interpretationem S. Chryſoſtomi, hoc ſolum ſignificatur, quod non in ſella, aut loco honoratiori ſed in nuda humo & in pulvere ſederet, quomodo contingit viatoribus, qui ſedent prout locus ſeſe offert: Aut ſecundum aliorum ſententiam, *ſedebat ſic*, id eſt, quod ſedebat eo modo quo ſolent deſatigati; ſive *ſedebat ſic*, id eſt, ſic deſatigatus illa tamen particula, *ſedebat ſic*, ſenſum etiam habet myſticum & energeticum, ſicut & illa: *Sic Deus dilexit mundum.* Certè, quoties Chriſtus ex ſcripturis ſediſſe colligitur, doctri-

nam ejus admiratione dignam fuiſſe, ſimul intelligitur,

Psal. 39.

Psal. 72.

Ioan. 3.

Christum sedens, miranda semper docuit. 1. Ioan. 15. Ioan. 1.

Primo quidem in sinu Patris sedet ab æterno, & sessionis illius modus nobis est incomprehensibilis. In illo interim sinu in illa sessione: dicit quæcumque enarravit nobis: Omnia quæcumque audivi à Patre meo, nota feci vobis, ait Apostollis suis. De quoque testatur S. Ioannes: Deum nemo vidit unquam, unigenitum filium, qui est in sinu Patris, ipse enarravit. Atque ibi sedens, tanquam sapientia Patris in æternitatis suæ Cathedra & Throno, non homines sed & Angelos docet; ipsosque Cherubim, qui ita ob scientiam nominantur, docebit in æterno. De hoc sinu non possumus dicere, sedebat sic, quia modus nobis est inexplicabilis.

Adiciamus & hic, sedebat sic, hoc est, in aspera illa Cathedra, ut patientiam doceret & tolerantiam, contemptumque ac despectum sæculi cum cæteris virtutibus, quæ non nisi per crucis viam acquiruntur. Cum autem docuit Samaritanam extincere fatigatus, sicque sedens iuxta fontem, non nisi erat initium fatigationis & doctrinæ, quæ consummanda erat in cruce iuxta fontem sanguinis sui, quo & dignatus est latronem potare.

Luc. 1. Luc. 2.

Secundo, Cathedram aliam elegit hæc Sapientia æterna, dum ad nostram se se dimittere dignata est humanitatem, uterum scilicet Virginis, ac deinde Præsepium suæ Nativitatis. Ex utero Virginis docet gratiam omnem & veritatem, illa replens non solum Matrem sed & Ioannem Præcursores suum, Elizabetham quoque ad Zachariam Præcursoris Parentes. Ex Præsepio autem ad Pastores illuminat, & Magos ad salutis scientiam adducit, eosque qui expectabant redemptionem Israel. De hac Cathedra dicere possumus, sedebat sic, hoc est, tanta cum humilitate, ut merito omnia afficiat stupore.

Postremo dicamus, quod & Cathedram ac thronum suum magistralem elegit in finem usque sæculi in divinissimo Eucharistice Sacramento, ex quo nunquam cessat ipse docere, qui plenus est gratia & veritate, nunquamque cessat ibi docens omnibus accedentibus debita cum dispositione propinare aquam vitæ. Sed enim hic dicere non possumus: sedebat sic, quia modum, quo ibi continetur, nec comprehendere possumus, nec explicare. Hoc solum possumus dicere, quod ille, qui olim promissus fuit & datus Magister & Doctor visibilis, dicente Propheta: Erunt oculi videntes Præceptorem tuum, & audies vocem post tergum monentis te: Hæc est via, ambulata in ea. Nunc rursus se invisibilem Duce[m] & Præceptorem effecerit, sub visibilibus tamen Sacramenti speciebus nobiscum existens usque ad consummationem sæculi. Ideo cogimur dicere: Verè tu es Deus absconditus, Deus Israel Salvator, & absque re non est Deus.

3.

Tertio, in Templo in medio Doctorum in inferioribus subselliis sedem elegit, & ibi ipsos Doctores obstupescentes erudit de sublimibus mysteriis, admirabilibus suis responsis; ita ut postmodum de absentia suæ causa requisitus, matri responderit: Nesciebatis quod in his que Patris mei sunt, oportet me esse? Ergo & hic dicamus, sedebat sic, hoc est, non in supremo, sed inferiori loco, nec foret sapientia Patris.

LECTIO II. TRIPARTITA. Venit mulier de Samaria haurire aquam, dicit ei Iesus: Da mihi bibere, &c. Ioan. 4.

Luc. 2.

Quarto, in monte sedens perfectionis doctrinam suis tradidit discipulis, ac sæpius in Synagogis ledens docuit scientiam salutis, quasi potestatem habens, non sicut Scriba aut Pharisei, in his que præceperunt quod auditorum suorum conveniret eruditioni, plenus gratia & veritate. Docendum & hic, sedebat sic, in sublimi scilicet, ut doctrinæ celsitudinem commendaret.

Hæc mulier, quæ venit haurire aquam, nihil sublimè cogitat, sed tantum necessitatibus suis vel aliorum, à quibus mittitur, per aquam hanc haurire optat: & quia aqua melior ibi erat, quam in civitate, idco in hoc prædium venit, duplici ut fertur arcus sive distans ab urbe Sichem, quæ erat urbs Samariæ; hinc dicitur venire de Samaria. Samaria nomen erat Provincia in qua etiam Civitas principalis Samaria vocabatur, de qua non veniebat ipsa. Licet vero non aliud nisi aquam veniendo cogitaret, non tamen casu venit, Domino sedente super fontem, ipsamque expectante: sed qui omnia dispensat opportunò tempore, quique attingit à fine usque finem fortiter, & disponit omnia sua videri, arcano quodam impulsu mentem illius ducebat, ut tunc veniret, quando Fons vitæ eam expectabat, suæ fluentis misericordie ei communicare paratus. Suppetuat non absimilia exempla de Scripturis.

4. Matth. 5.

Quinto, hic sedet iuxta fontem docens Samaritanam, ut per illam etiam alios sibi conciliet auditores in urbe Sichem, quæ urbs erat celebris Samariæ. Hanc ergo Cathedram sponte elegit sua, & ex illa jucundum est nos eum audire cum Samaritide, quia & per illam & in illa, omnes animas peccatrices avertit erudire. Sedebat autem sic, hoc est, in humo, fatigatus ex itinere, captans auram refrigerantem è fonte.

1. Saul cum ad Samuelem venit, & eum invenit in civitate circa meridiem, non nisi alinas quærebat Patris sui, non nisi de illis cogitabat, sperans à Vidente

6.

Sexto, docet postmodum & in cruce tanquam postrema, sed sublimi sua Cathedra, quam eligit in termino vitæ, ut ex illa doceat æternum, extendens manus suas ad populum non credentem, immò manducens ex illa Cathedra populum credentem ad perfectionis apicem, sed sapientie perfectionem.

dente responsum favorabile ad eas invenendas Sed Dominus dirigebat gressus eius, ut quaerens a-
sinas, Regum inveniret, & unctionem referret a
Samuele

Rebecca

Gen. 24.

Rachel.

Gen. 29.

Lydia pur-
puraria.

Matth. 9.
Petrus &
Iohannes
Marie &
Luce.

Joan. 6.

2. Similiter non casu Rebecca veniebat ad Fon-
tem, nec fortuito ei occurrit Eliezer Oeconomus
Abraham, quamvis hac de re Rebecca nihil minus
cogitaret. Sedebat & ipse ad puteum dicens: Do-
mine Deus domini mei Abraham, occurre, obsecro,
mibi hodie. & fac misericordiam cum domino meo A-
braham. Ecce ego sto prope fontem aquae & filiae ha-
bitatorum huius civitatis egredientur ad hauriendā
aquam. Igitur puella cui ego dixerō: Inclina hydriam
tuam, ut bibam, & illa responderit: Bibe, quia & ca-
melis tuis potum tribuam; ipsa est, quam praeparasti
servo tuo Isaac: & per hoc intelligam, quod feceris
misericordiam cum Domino meo venit ergo Rebec-
ca. & occurrit ei servus, & ait: Pusillum aquae mihi
praebe Responditque illa: Bibe, quia & camelis tuis
potum dabo, &c. Ex praescripto nimirum illius, qui
matrimonio ordinat, veniebat illa iungenda Isaac.
Et singula quae hic concurrunt, ab eo ordinata sunt.
Nec enim casu hydria sumitur, nec casu camelis
potus tribuitur. Vide rectum.

3. Sic & Rachel ad fontem venit, nec aliud cogi-
tabat, quam adhaerere oves patris sui, nam grægem
ipsa pascebat. Sed incidit in sponsum suum futurū,
dum ibi Iacob invenit expectantem. Idque divino
consilio factum est, qui omnia disponit in salutem
electorum suorum.

4. Sic & Lydia purpuraria civitatis Thiatireo-
rum, exierat extra portam iuxta flumen, & inve-
nit Paulum & Barnabam, nihil minus quam de il-
lis cogitans, aperuitque Dominus cor eius intendere
his, quae dicebantur a Paulo. Cum autem baptizata
esset, deprecata est: Si iudicasti me fidele Domino es-
se, introire in domum meam, & manere. Et coegit eas
itaque sepe hominibus infensis à Deo disponuntur,
quae eorum salutem concernunt. Matthæus nihil
nisi telonium cogitabat & lucrum, dum cum Do-
mino ad suam vocat sequelam. Petrus & Iohannes
solliciti erant pe suis retibus jactandis, dum ipsi
in retia incidunt Salvatoris, & ad piscationem
hominum eliguntur. Sic Maria Aegyptiaca, sic
Thais, sic Pelagia, meretrices famosae, nihil mi-
nus animo induerant suum, dum convertuntur ad
Dominū, & ab eo vocantur ad perfectionis Chri-
stianæ summum verticem, ut patet earum hi-
storiarum.

His omnes praecessit Samaritana, prius scort-
rix, sed illo duce venit ad aquam & salutem, in cu-
jus manu sunt fontes hominum, quique vias eorum
pro suo disponit beneplacitum, certo tamen & ar-
cano consilio. Non ego venit ad se quia ut ait Do-
minus: Nemo venit ad me, nisi pater meus traxerit
eum. Non venit ferrum ad magnetem, nisi prius
tractū fuerit a magistro. Non virtus est ferri cur-
tis, sed magnetis attractantis: & licet virtus illa sit
invisibilis, tamē est illi connaturalis. Sic & in

Christo virtus est animas quamlibet duras & fer-
reas attrahendi quæ virtus ei à patre est insita, &
ipsi congenita.

Interim hoc facit convenientibus mediis, & oc-
casionem opportunitatem quæ capiat, tempore
loco, personis sese accomodans. Quapropter hic
opportunitatem nactus obiter & fatigationem, di-
cit mulieri: Da mihi bibere. Siciebat Dominus, qui
nostra se vestiens carne, simul cum carne carnis in-
duit passiones. Poterat quidem sitim impedire, vel
illam sine alterius ministerio satiare, sed propter
nostram salutem voluit sitire, & alieno auxilio in-
digere. Nunquid ipse est qui Israëlitis potum dedit
de petra? Cur ergo non haberet, si ita vellet quo si-
tim extingueret? Nunquid Samsoni de molari den-
te maxillæ potum ubertim produxit? Nunquid ipse
est Fons Paradisi, irrigans quando voluerit totam
superficiem terræ? Nunquid ipse est ille Agnus, de
sub cuius pede fons virtus emanat, ut vidit S. Cle-
mens in penuria aquæ? Immo, nunquid ipse est A-
gnus ille, qui sequentes se ducit ad vitæ fontes a-
quarum? Unde ergo illa vox, infidelem & adule-
ram mulierem deprecantis, cum possit imperare
& Angelis? Nempe mulieris voluit ope indigere,
illam quæ esflagitare, quia mulieris salutem sic vo-
lebat procurare, ejus mentem illuminare. Unde &
procuravit ut discipuli abessent, qui ad civitatem
emere cibos abierant, non ab illis potum peteret &
subsidiū ad hauriendum de fonte, sed à muliere,
quam sic per colloquii occasionem traheret ad fi-
dem & salutem.

Quapropter licet mulieri dixerit: Da mihi bibe-
re. Quasi diceret: O mulier non sis erga me dura,
in civilis & inhumana, cum me videas lassum & li-
tundum, jacentem & languentem præ æstu & si-
tine; nec parum deneges aquæ, inclinando hy-
driam tuam. Imitare potius Rebeccam, quæ po-
rum petente Eliezer, non solum illi, sed & Came-
lis ejus effudit hydriam. Licet, inquam, de
sua siti se danda mulierem rogarit, tamen non ita
aquam siciebat, quam mulieris conversionem,
sicut & in cruce; cum dixit, sitio, hominum ma-
ximè appetebat salutem, & summo opere desidera-
bat efficacem illis redemptionem, quæ jam tende-
bat ad consummationem. De siti autem natu-
rali, quam vere etiam patiebatur, minus solli-
citus erat, sive sibi. Unde nec legitur bi-
bisse de aqua ista post longum colloquium cum Sa-
maritana, sicut nec edisse de panibus à discipulis
oblatis, licet Jesus esuriret; dicebat enim sibi al-
lium cibum suppetere. Si ergo corpus fatigatum
erat æstu, & ob solis ardorem siti afflatus; mul-
to magis animis æstuabat & siciebat ob charitatis
servorem, ut merito ille impelleret eum mulie-
ri dicere: Da mihi bibere. De hac re sic loquitur
Ambrosius serm. 30. Aquam Salvator à muliere
postulat, ut sitientibus aeternam gratiam largiatur.
Neque enim poterat Fons sitire, quæ in quo erat
aqua.

PARS II.
Sicut Christi
potius sibi
virtualis
quam cor-
poralis
fuit.

Num. 30.
Iud. 15.

Apo. 14.

De natura
siti
Christus
minus solli-
citus.

aqua viva poterat aquam terrena facis haurire. Si-
riebat ergo Christus, siciebat, plane non potum homi-
num, sed salutem siciebat, non aquam mundi, sed re-
demptionem generis humani.

**Iesus esu-
riens.** Sic cum Christus venit ad ficum, è Bethania in
Ierusalem rediens post illum diem quo exceptus
fuerat cum triumpho, dicitur esurivisse, & ideo fi-
cum maledixisse, quod non nisi folia haberet, fru-
ctum que nullum esurici aptum exhiberet: sed non
tam esuriebat de hoc fructu ficulneæ, quam de fru-
ctu animarum, quas doluit esse steriles, & solum
folia, hoc est, verba habentes, quales erant Phari-
sæi. Ideo maledictio eius hos percellerat in typo fi-
culneæ. Nam illa non poterat esse nocens, quando-
quidem ibidem dicitur, quod nondum erat tem-
pus ficuum.

**David siti-
ens.** Similiter cum David magno postulasset deside-
rio aquam de cisterna Bethleem, siti pressus, à qui-
busdam Patribus exstimatur non tam aquam ma-
terialem desiderasse, quam aquam illam spiritua-
lem & mysticam, quam Christus daturus erat, in
Bethleem oriundus, ex virgine à scaturigine, quæ
non solum suam, sed etiam totius humani gene-
ris sitim erat sedatura. Quapropter allatam aquam
de cisterna Bethleem, irruentibus tribus fortissimis
viris per castra hostium, noluit bibere, sed *libavit*

2. Reg. 23. *eam Domino*, inquit sacra scriptura. De hac siti Da-
vid & aqua ab eo expectata, sic inter antiquos lo-
quitur Sophronius: *Figura erat & prophetia de*
Soph. orat. *Christo, qui est aqua viva, omnibus vitam infundens,*
de Nativ. *deq. mystica & spirituali cisterna, quæ aquam illam*
Dom. *nunquam deficientem utero comprehensam in lucem*
edidit. Ita ille.

Cæterum, sicut Christus Dominus magnam si-
tim patiebat conversionis & salutis Samarita-
næ; ita & nunc quoque desiderio magno fertur erga
salutem & conversionem eujusque peccatoris.
Quapropter nostris fatigatus peccatis, & de no-
stra lassus iniquitate ac inobedientia, unicuique
censetur dicere: *Da mihi bibere.* De hydra con-
tritionis nostræ optat bibere, & de puro fonte
conscientiæ ac amoris sinceris scaturigine, bo-
norumque operum liquore. Sed multi cum po-
tant aquis putridis, *Vna Sodome & Gomorrhæ*
Deut. 32. *veneno aspidum, felle draconum, aceto amarissimo,*
faculentia illuvie. Hi sunt, qui non obstante eius
*petitione & deprecatione, permanent in pecca-
tis, luxuria, odij, invidiæ, iniustitiæ, gula, impie-
tatisque nefandæ. Frustra ergo eis dicit: Da mihi*
*bibere, frustra sitim eis & desiderium nostræ sa-
lutis insinuat: quod quidem desiderium non minus*
*est, quam fuit in cruce, dum tanta pro nobis patere-
tur. Unde quondam sic allocutus est S. Brigitam:*
Ego sum charitas summa, nam omnia quæcunque
*ab eterno feci, & nunc facio, & in futurum factu-
rus sum, similiter ex mea charitate procedunt &*
procedent. Dilectio mea erga hominem modo aque
grandis est, sicut erat tempore passionis, quando per
mortem meam ex nimia charitate liberavi omnes

**Iesus con-
versionem
peccatoris
sitiens
quomodo
à multis
tractetur.**
Deut. 32.

ejectos. Et sifteri posset, ut toties moverer, quot sunt
anime in inferno, ego voluntate promptissima, &
perfectissima charitate, corpus meum traderem ean-
dem passionem & mortem pro qualibet anima susci-
nerem, quam sustinui pro omnibus. Ita Blossius cap. 1
Monialis. Certe Christus Dominus majus habet de-
siderium nos salvandi, quam nos ibi, sed vult uoco-
operemur, quod quidem non facimus, vel torpi-
de & neglectim facimus. Verum interim est: *Vult*
1. Tim. *omnes homines salvos fieri, si & ipsi velint.*

Hoc etiam hic advertit ex his verbis: *Mulier da parva do*
mihi bibere, quod exigua nostra petat Deus, ut ma-
gna nobis tribuat. Aquæ scyphum petit, ut eccelsus peti,
aquæ fontem imperietur. Exiguus nostris donis magnis
infinita eius dona nobis possumus comparare. Sic bna,
à Sareprana vidua petit Elias. Da pauxillum aquæ,
in vase, ut bibam, & buccellam panis in manu tua.
2. Reg. 11. *Dat mulier. Vide retributionem. Virgit Dominus,*
quia hydra farine non deficiet, & vas olei non mi-
nuetur, &c. in quem locum licet Eucherius. Fasta
est manus viduæ perenne torcular, & mola jugiter
farinam fundens. Hoc quidem quantum ad tempo-
ralem retributionem voluit tunc fieri Dominus,
ob donum exiguum viduæ datum cum fide, sed
longe magis æstimanda est retributio spiritualis
& æterna quæ consequitur exigua dona cum fide
& dilectione, Christo, aut ejus membris impetra-
ta. Hoc nondum intelligebat hæc Samaritana, ut
patet ex ejus responso dum ait: Quomodo tu
audes cum sic bibere à me positis, que sum mulier
Samaritana? Non enim contumitur Judæi Samari-
tannis,

Jam fure aquam hauserat, jam discidebat cum
hydra, cum eam dignatus est Dominus alloqui.
ipsa verò cum dedignatur, tanquam judæum vi-
lem, quem agnoscebat, cum ex idiomate, sicut an-
cilla Petrum ex veste, quia præceperat Deus Ju-
dæis, ut in palliorum angulis fimbrias facerent, & capiti-
bus hyacinthinas vittas apponerent, quas videndo, re-
cordarentur mandatorum Domini, sicque ab alijs
nationibus distinguerentur, fide, circumcissione,
habitu exteriori. Quod quidem etiam Christum
observasse patet ex illis verbis alterius mulieris:
Si refrigero, tantum simbriam vestimenti ejus, sal-
Matth. *va ero. Hæc ergo Samaritana quodammodo repre-*
hendit & exprobrat Christo ex quadam arrogan-
tia quod Judæus sit, & quod commercium ei nul-
lum esse debeat cum Samaritana, ideoque quod non
recte ab ea aquam deposcat. Hæc enim ejus verba
esse corrigentis & exprobrantis censet, S. Chrylost.
hom. 30.

Sed si ipsa Christum dedignatur tanquam Judæ-
um, non ipse aspernatur eam, nec tanquam vilem
mulierem, nec tanquam Samaritanam, nec tan-
quam iudæalem, nec tanquam adulteram, & vitis
multis foetentem. In Christo Iesu non est masculus,
aut femina, servus aut liber, Gentilis aut Judæus.
Gal. 3.

GRACHI

Greco aut Barbarus, quia vult omnes saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. Ipse tanquam medicus non dedignatur ægrum, quamvis ulceribus & putore plenum, sed cum etiam contrèctare, & arcem suam ostendere, honori sibi & solatio ducit. Ipse est Samaritanus ille, qui vulnèra eorum alligat & fovet, qui à Ierusalem in Iericho descendentes vulnerati sunt, & deducit eos, vedatque, donec in locum tutum venerint, ubi plenam recuperent sanitatem. Tali Samaritano, tali Medico egebat ulcerosa hæc & plagis cooperta mulier, quamvis Medicum prima fronte despuere videatur præ ignorantia & arrogantia, non agnoscentem ulcus suum. Ipse quoque est qui lepram à Samaritano illo debebat fugare, qui solus inter decem inventus est gratus, ad illum rediens à quo sanitatem percepit, ut gratias ageret, & Deo gloriam daret. Pejorem autem & vitiosorem lepram sanare, quoque volebat in hac muliere; & ideo eam non dedignatur, nec despicit, sed oculis benignitatis suæ lucidissimis respicit, ut veritatis lucem ei infundat, & ad sui ipsius agnitionem adducat, illud que Prophetæ adimplet: Illuminet vulnèra sua super nos, & miseratur nostri, ut cognoscamus in terra viam tuam; in omnibus gentibus salutare eorum.

Luc. 10. Non conuertuntur Iudæi Samaritanis? Neque dicit mulier, Non conuertuntur Samaritani Iudæis: videtur ergo culpam rejicere in Iudæos, & in eorum arrogantiam. Quali dicit, Vos estis qui nos contemnitis & refugitis, quid ergo nunc à me bibere potis quandoquidem commercium nobiscum omne detrederis? Pro pleniori quæstionis hujus explicatione repetenda est origo Samaritanorum. Regio hæc ante captivitatem per Regem Assyriæ factam, à tribubus decem habitabatur, Ieroboam enim primus Rex decem tribuum in Samaria sedem collocavit: translatis autem decem tribubus, ne regio illa inculta periret, misit Rex Assyriæ Gentiles, qui illam colerent. Cum autem isti Deos patrios adorarent, veri Dei spreto cultu, immisit Deus Leones in illam regionem, à quibus dilacerabant incolæ. Eam autem ob causam Salmanassar Rex Assyriorum misit Sacerdotes Iudæorum, qui eos ritus Mosaicæ legis docerent, ut illud esset remedium contra istud malum: ea que ratione plaga cessavit. Hinc factum est, ut Samaritani illi cultum Iudæorum admitterent: retinuerunt tamen simul deorum suorum superstitionem, ita ut partim essent Gentiles, partim Iudæi. Quinque libros Moysis recipiebant, non alios. Circumcisione utebantur, Messiam exspectabant, sed tamen ritus paganos etiam exercebant, simulque idola & Deum Israël colebant, Templumque Iudæorum contemnebant.

Luc. 17. Similes sunt his nostri hæretici, qui admittunt nonnulla ex fidei verè institutis, nonnulla rejiciunt pro suo placito. Nonnullos libros eligunt ut Virgini floriger.

Psal. 66. Quæritur interim hic, cur illud dicatur: Non conuertuntur Iudæi Samaritanis? Neque dicit mulier, Non conuertuntur Samaritani Iudæis: videtur ergo culpam rejicere in Iudæos, & in eorum arrogantiam. Quali dicit, Vos estis qui nos contemnitis & refugitis, quid ergo nunc à me bibere potis quandoquidem commercium nobiscum omne detrederis? Pro pleniori quæstionis hujus explicatione repetenda est origo Samaritanorum. Regio hæc ante captivitatem per Regem Assyriæ factam, à tribubus decem habitabatur, Ieroboam enim primus Rex decem tribuum in Samaria sedem collocavit: translatis autem decem tribubus, ne regio illa inculta periret, misit Rex Assyriæ Gentiles, qui illam colerent. Cum autem isti Deos patrios adorarent, veri Dei spreto cultu, immisit Deus Leones in illam regionem, à quibus dilacerabant incolæ. Eam autem ob causam Salmanassar Rex Assyriorum misit Sacerdotes Iudæorum, qui eos ritus Mosaicæ legis docerent, ut illud esset remedium contra istud malum: ea que ratione plaga cessavit. Hinc factum est, ut Samaritani illi cultum Iudæorum admitterent: retinuerunt tamen simul deorum suorum superstitionem, ita ut partim essent Gentiles, partim Iudæi. Quinque libros Moysis recipiebant, non alios. Circumcisione utebantur, Messiam exspectabant, sed tamen ritus paganos etiam exercebant, simulque idola & Deum Israël colebant, Templumque Iudæorum contemnebant.

4. Reg. 17. Similes sunt his nostri hæretici, qui admittunt nonnulla ex fidei verè institutis, nonnulla rejiciunt pro suo placito. Nonnullos libros eligunt ut Virgini floriger.

V. Epipha. Hæres. 9. Similes sunt his nostri hæretici, qui admittunt nonnulla ex fidei verè institutis, nonnulla rejiciunt pro suo placito. Nonnullos libros eligunt ut Virgini floriger.

Canonicos, alios repudiant. Baptisum admittunt cætera sere Sacramenta rejiciunt. Infernum concedunt. Purgatorium negant. Sic ipsi cum cultu Dei veri idolum propriæ opinionis adorant, simulque Arcam & Dagon venerari se posse existimant. Horum ergo consortium Christianis veris vitandum; nec eis contendum, maxime libris eorum, qui venenum animis facile instillant. Ipsi itaque plane sunt similes Samaritanis ob subsequentes rationes.

1. Primo. Quia populum Dei, ut olim Samaritæ, à suis sedibus ejiciunt, ut vi possideant hereditatem Dei.

2. Secundo. Quia Scripturas depravant, aut sibi adversas rejiciunt, ut notum est.

3. Tertio. Quia veræ Religionis adulterinos deos conjungunt, dum doctrinas falsas admittunt.

4. Quarto. Quia Tempia nostra & sacrificia contemunt, ut sua Tempia adstruant sine sacrificio, sine quo templa non sunt. Nos enim si templum habemus, Altare quoque habemus, de quo non habent potestatem edere, qui idola deseruiunt. Si altare habemus, ergo & Sacrificium, non enim ad aliud Altare ordinatur.

5. Quinto. Quia sicut Iudæi, vel ob violationem legis Iudæicæ, vel ob alia flagitia, ad Samaritanos transfugiebant, quando ob hæc non permittentur in Iudæa tuto vivere: ita & mali Christiani ob sua scelera ad hæreticos deficiunt, ne plectantur; & hac fiducia audacius aliqui legem violant Christianam, sicut & illi olim legem Iudæicam.

In quibus porro liceat conti hæreticis, per varias quæstiones disceptant Theologi, quas passim apud eos videre licet. Vtinam Reges non ita eis uterentur ad bella sua. Tanta in Ecclesiis circa Altaria, Vasa sacra & Sacramenta, non cernerentur sacrilegia, quæ nostris oculis cogimur intueri deploranda.

Sed, ut ad Iudæos revertamur, alienissimi erant à Samaritanis, tanquam ab Hæreticis & Ethnicis, ob supradictas causas: quia scilicet eorum regionem possidebant & hereditatem: quia Mosaicis caeremoniis, Gentium ritus miscebant: quia Prophetarum libros rejiciebant: quia extra Templum Iudææ in monte Garisim sacrificabant: quia de Assyriis oriundi erant, qui eos in Babylone dura servitute presserant. Et quia divina lex cum in fidelibus

Exod. 23. scædus prohibuerat inire, ideo dicitur, quod non contemnerentur Iudæi Samaritani, quodque inter eos non esset commercium & confederatio. Nimis tamen morose & rigide mulier interpretatur, quod ob id aquam Christus sitiens non deberet ab ea potescere, nec ipsa porrigere. Nec enim lex prohibebat eos qui transirent aut agerent inter fideles, cibum potumque ab eis petere & emere; quandoquidem & ipsi discipuli ad cibos emendos in civitatem Samaritanorum transiverint. Fatendum tamen est, Iudæos passim non tam ob legis præceptum quam

ob odium

ob odium

Samaritanis hæreticis sunt similes.

Heb. 13.

Quare Iudæi à Samaritanis alieni.

Exod. 23. & Deut. 7.



obodium quodam proprium & sibi innatum, aversionem à Samaritanis nimiam concepit. Sic & videmus quasdam nationes etiam in fide consentientes, tantum odium, tantamque aversionem in se mutuo fovere, ut vix se se mutuo pati possint sine rixa qualibet in conversatione, nec de se mutuo loqui sine passione, contemptu, aut detractione. Quod certe reprehensione dignum est inter Christianas nationes quia nulla contemnenda. Etenim, si quandoque vitia aliqua agnata, alicui nationi videntur, certe non desunt & in illa virtutes in multis, præclaræ, & imitandæ.

Interim, ut concludam, ad Samaritanam sermonem convertito. Quoad Christum, licet sit Iudæus, & Samaritana, non ei exprobrandum est quod conturatur Samaritanis; tum quia supra legem est, & ideo licet id lege aliqua prohiberetur, ipse potest dispensare; tum quia ipse ad hoc missus est, ut conturatur Iudæi Samaritanis. Ipse enim est *Pax nostra, qui facit utraque unum*. Ipse *Lapis angularis*, iungens utrumque parietem. Ipse Rex, qui ex utroque populo facit unum regnum. Ipse missus est, ut *fiat unum Ovis & unus Pastor*, ut jam non sit distinctio Iudæi & Græci, Samaritani aut Hebræi. Ipse est Salvator omnium, qui liberaliter omnibus offert salutis commercium. Ipse est Medicus, omnibus offerens remedium. Hoc ergo gratiæ ejus adscribe, quod te suo dignetur alloquio, quodque à te petat aquæ exiguum, ut retribuatur donum quod est super omne donum.

Noli denegare gutturam aquæ & synceræ penitentiæ ex hydra cordis tui, sitienti & magnopere desideranti salutem animæ tuæ: quæ Satanæ tor annis haufisti & propinasti aquam turbidam luxuriæ, quæ reficitur & mire oblectatur, quia eua delectatur perditione. Ecce usque ad meridiem ætatis tuæ pavisti Satanam desiderato suo vitiorum liquore; nunc saltem ad vesperam pacis & reficere eum, qui tandem te expectavit sitiens, ut miseretur tui. O quanta bonitas Domini expectantis, ut vel fero anima penitens ei aquam hauiat, & inclinet hydriam! O quanta ejus longanimitas & benignitas, qui ultra meridiem patiens est, hoc est, ultra maximam gratis partem, & à peccatrice cupit adhuc refocillari, rogans ut extremam currentis evi sui partem impendat penitentiæ! O quanta dignatio, per eandem hydriam velle bibere, per quantum torques adversarius ejus & perduellis hostis bibit: per eandem animam, per quam omne genus transivit immunditie, velle & refici, & illi os apponere, nec eam repudiare. Hoc considera, & Samaritana, dum tibi dicit: *Da mihi bibere*. Hoc considera, & omnis peccatrix anima, ut vel fero convertaris cum Samaritana.

Respondit Iesus: Si scires donum Dei, & quis est qui dicit: Da mihi bibere: tu forsitan petisses ab eo, & dedisset tibi aquam vivam. Ioan. 4.

Multiplex sensus horum verborum ab interpretibus sacris affertur: Si scires Donum Dei.

Primo, hic aliqui significari putant per illud donum ipsum Dei Filium, quem Pater dedit mundo, donum super omne donum, ut omni qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam. Et sic idem est, ac si Christus diceret: O mulier, si scires Deum, iam mundo dedisset Filium suum incarnatum, & me illum esse, à me postulas aquam vivam.

Secundo per illum Donum Dei S. August. interpretatur Spiritum Sanctum, qui etiam per excellentiam dicitur *Donum Dei Altissimi*. Quasi dicit Christus: O mulier, si scires Deum tam magnum donum hominibus præparasse, qualis est Spiritus Sanctus, & scires me esse per quem hoc donum communicandum est, tu à me peteres hoc donum, & dedissem tibi.

Tertio, plerique sic intelligunt, ut vellet Christus dicere: Si scires gratiam & beneficium, quod nunc tibi conceditur & offertur à me, ut Messias te alloquatur, & à te aquam petat; tu vice versa ab eo peteres aquam vivam, nec tantæ gratiæ tibi oblatus deesses.

Denique generaliter Theophylactus in Ioan. & S. Cyrillus lib. 2. cap. 82. de donis Dei exponunt. Quasi dicat Dominus: Si scires donum Dei, si scires magnitudinem donorum ipsius, si scires quid donet, æterna nempe & incorruptibilia dona, & me, ut pote Deum, esse datorem horum donorum, tu petisses à me hæc dona, tanquam aquam vivam, & non negassem.

Itaque possumus ad omnis generis peccatores hæc Christi verba dirigere: Si scires donum Dei, Christus sicut & ipse ad Samaritanam dixit, illos reprehendat sententem. Dicamus ergo in particulari ad nonnullos:

O anima impudica & luxuriosa, si scires donum Dei, & qui tibi dicit: Da mihi bibere, tu peteres ab eo aquam vivam. Si scires quantum placeat ei donum castitatis & puritatis cordis ac corporis, quamque ei displiceat impudicia omnis, tu illum adires cum cordis computatione & animi fervore, adimpleresque illum Sapientis: *Perferviam aliter esse non possem continens, nisi Deus daret, & hoc erat sapientie scire cujus esset hoc donum, ad vi illum, & deprecatus sum ex sortis precordia meis*. Hoc est ergo donum Dei, hæc est aqua viva, castitas & continentia, quæ toto corde petenda est ac desideranda.

O anima superbiæ dedita, si scires donum Dei Superbiæ & qui

Qui tibi dicit: Da mihi bibere, tu peteres ab eo aquam vivam. Si scires malum superbiæ, quantumque bonum sit cordis humilitas, quamque placeat Deo; tu audires illum, & supplex illam deprecaberis: quia hoc est donum Dei, hæc est aqua viva, ad quam ebendam sese incurvaverunt omnes Sancti, qui unquam placuerunt oculis Dei.

Iurido. O anima invida & vindicativa, si scires donum Dei, qui tibi dicit: Da mihi bibere, tu peteres ab eo aquam vivam. Si scires quam Deo displiceat venenum illud odii, quod corde geris, quamque Deo placeat donum charitatis: Tu accederes eum corde contrito & humiliato, & deprecaberis pro hoc dono. Hæc est aqua viva, quæ omne extinguit venenum, quæ omnem sedat alterationem & sanguinis firmitatem.

Avaro. O anima sæculi hujus rebus rota dedita, & avaritiæ ac concupiscentiæ stimulis agitata si scires donum Dei, qui tibi dicit: Da mihi bibere, tu peteres ab eo aquam vivam. Si nosces pretium cælestium bonorum, tu adspiceres ad illa, nec ita incubares terrenis, quasi lacunis dissipatis, quæ continere non valent aquas, & nonnulli turbidas & sæculentas Tu cælum respiceres, & à fonte vitæ Paradisum irrigante aquam vivam peteres, à quo solo illa defluit.

Guloso. O anima ventri dedita, & gula serviens, si scires donum Dei, qui tibi dicit: Da mihi bibere, tu peteres ab eo aquam vivam. Ipse Christus tibi in membris suis egentibus dicit: Da mihi bibere, ex his quæ superflue scilicet impendis, indulgens genio, largire egenis, & reddam tibi pro te reo dono donum cælestis. & aquam vitæ: ru vero negligis vel contemnis. Unde conqueritur: *Ejuri vi, & non deditis mihi manducare, sitivi, & non deditis mihi bibere.* Et rursus alibi sub nomine Ioseph: *Bibentes vinum in phialis, & comedentes agnum de grege, vitulum de medio armenti, nihil patiebantur super contritione Ioseph.*

Matth. 25. *non deditis mihi manducare, sitivi, & non deditis mihi bibere.* Et rursus alibi sub nomine Ioseph: *Bibentes vinum in phialis, & comedentes agnum de grege, vitulum de medio armenti, nihil patiebantur super contritione Ioseph.*

Acedioso. O anima fociora & acediosa, immò excors & languida, si scires donum Dei, qui tibi dicit: Da mihi bibere, tu peteres ab eo aquam vivam. Si nosces quam Deo gratum sit donum pietatis & fervor devotionis, tu excitaris te ipsam ad illud petendum & acquirendum rota animi contentione. Nunc autem sine corde es, & langues; immo pane mortua es, quia tibi deest hæc aqua viva, quam petere potes ab ipso Fonte, & ipso annuente haurire.

Desperando. O anima desperabunda, si scires donum Dei, qui tibi dicit: Da mihi bibere, tu peteres ab eo aquam vivam. Hæc aqua viva donum spei est & fiducia, quod à fontibus saluatoris effluit, & quisque ad illos permittitur os apponere.

Hæretico. O hæretice, si scires donum Dei, qui tibi dicit: Da mihi bibere, tu peteres ab eo aquam vivam. Hæc aqua viva donum est fidei veræ & vitæ, quæ animam mortuam per hæresim incipit vivificare, ut

lucem aspiciat, & fugiens turbidas aquas, veræ doctrinæ fluentem recipiat, quibus salubriter irroretur, & ad vitæ Fontem deducatur.

O anima afflictæ, si ve ægritudine, si ve per aliquam aliam internam vel externam tribulationem, si scires ægritudinem, & afflictionem tibi immisissam, donum esse & usitationem Dei, haud ita conquereris aut impariens esses, sed toto corde ad illum convertereris, qui cum hoc dono tribulationis potest tibi aquam vivam impertiri, quo refrigeres æstum tuum, & in patientia possideas animam tuam.

O Sacerdos, si scires donum Dei, unctionem, charactera, potestatem cælestis tibi concessam. Si hæc omnia in pondere Sanctuarii æstimares, & viva ac perfecta fide considerares, quem alloqueris, quem confecres, quem manibus tenes & contrectas, daret tibi ipse aquam vivam, & ubertim referret animam tuam, ut magna devotione & sapore his mysteriis cælestibus interesses. Denique concludendo generaliter dicamus,

O mulier, hoc est, animam infirmam & imbellis, inconstans & instabilis, si scires donum Dei, haud illud unquam desereres: si scires pretium aquæ vivæ, illam per Baptisum aut pœnitentiam tibi infusam haud evomeres unquam. Si scires quid sit esse in gratia Dei, quid possidere dona Spiritus Sancti, quid nascisci divinæ naturæ consortium, quid jus ad hereditatem regni adipisci, quid Spiritus Sancti templum fieri, quid Angelis sociari, quid communicare corpori & sanguini Domini. Si scires quæ sint illa dona quæ promittuntur æterna, quæ nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascenderunt, quid illa visio Dei præparata diligentibus se, quid fructus & possessio, longe solertius tibi ad vigilares, ne unquam à te discederet illa aqua viva saliens in illam vitam æternam, quam tibi offert is, qui à te petit bibere. Creator, Redemptor, Consolator, Amator, Glorificator tuus, & Deus tuus. Illicque nunquam fores ingrata, illam aquam vivam despiciendo, vel per peccatum conculcando, reamque mortis & gehennæ te efficiendo.

Certe recte dicitur Samaritanæ & omni peccatrici animæ: *Si scires donum Dei, quia omnis error, omneque peccatum nostrum ex ignorantia & cæcitate contingit, Ex eo quod dona Dei non consideremus, nec æstimemus ut oportet, illa nec ut decet exquirimus, nec ut decet acquisita conservamus.* Inde ergo est omnis mali origo. E contra agnitio Dei, & donorum ejus æstimatio, principium est, finis, perfectio salutis. Sic Valentinus Martyr Claudium Imperatorem alloquebatur: *Si scires donum Dei, o Cæsar quam felix foret, quamque beatum esse regnum tuum! Tu certe Satana & idoli renunciaris, & confitereris Iesum Christum Dei.* Febr. 14. apud Suriium.

Sed cur dicitur: *Si scires, forte petisses?* Respondeo, in Græco affirmative haberi, *Vique petisses.* Noster tamen Interpret recte vertit, *Fortè petisses.*

Omni anima afflictæ.

Sacerdos.

1. Cor. 2.

petiisses, ut liberum arbitrium nostrum designet, significetque in potestate nostra esse, petere & accipere aquam istam, vel non accipere, licet offeratur. Multis illa aqua praesto est, multis praesentatur ut Samaritanæ, nec dignantur illam uti, An non eam praesentabat Deus incolis Bethsaidæ, & Corozaim, illi autem abnebant? Propterea dicit Dominus: *Va tibi Corozaim, va tibi Bethsaida, quia si in Tyro & Sidone factæ essent virtutes quæ factæ sunt in vobis, olim in cinere & cilicio poenitentiam egissent.* An non ludas proximus fuit fonti, nec bibere voluit? An non postquam hanc aquam praesentavit Dominus, de multis conqueritur: *Vocavi & renuistis, extendi manum meam (cum crateris scilicet pleno aqua hac viva) & non fuit qui adspiceret; despicistis omne consilium meum, quod vos ad fontem & craterem vocabam, idcirco in interitu vestro ridebo.* Apponit Dominus aquam, benedictionem, vitam hominibus, & ipsi pravo suo arbitrio eligunt ignem, maledictionem, mortem, De quo contestatur Deus, advocans contra eos caelum & terram in testes quod ex parte sua non defuerit. An non magna insipientia est & inertia, propinquum esse fontem, nec velle te incurvare ut bibas, aut hydriam fumemque demittere, nec laborem hauriendi subire? Sic contingit plerisque. Volunt salutem, & media salutis facilia negligunt adhibere. Offerunt eis gratia, poenitentia, Sacramentorum remedia, sed falliuntur & detrahunt; & quamvis dicant se credere ibi *Donum Dei & aquam vitam* contineri, non tamen accedunt, nec expetunt. Ob similes dicitur: *Si scires donum Dei, forte petiisses, quia in tua libertate est adhuc non petere.* Non tamen dicitur: *Fortè dedisset tibi, quia Deus fidelis est; & seipsum negare non potest, datque bonum spiritum petentibus se.* Salutem dare paratus est his qui credunt ipsum esse Dei filium, quia venit ut omnes salvet qui in mortis sunt damnatione, & pro sua salute eum deprecantur humili oratione, ex sincero corde & viva fide procedente. Quapropter dixit Dominus quondam S. Gertrudi, se dedisse cui libet Fidelis aureum canalem, per quem sugeret de ejus corde deificato quicquid optaret. Declaravit autem hunc canalem esse bonum desiderium, & voluntatem. Ita habetur in lib. Insinuar.

Aquam vitam Deus multi praesentat Matt. 11.

Prov. 1.

Deut. 30.

Pars II. Responsum mulieris ad Christum explicat. 1. Cor. 2.

Quia necdum intellexit verbum Christi mulier, ideo subdit: *Domine neque in quo haurias, habes & putem alium esse, unde ergo habes aquam vitam?* Aquam illam adhuc putat esse materialem. Nempe animalis homo non percipit ea quæ Dei sunt, nec spiritus hominis, quæ sunt spiritus Dei, nisi per ejus lumen supra se elevetur. Sic Nicodemus loquentem Christum de regeneratione spirituali hominis non nisi crasse intelligebat. Unde cum Christus dixisset: *Nisi quis renatus fuerit denuo, non potest videre regnum Dei,* Ioan. 3. Respondet Nicodemus: *Quomodo possunt hæc fieri? Quomodo potest renasci, cum sit senex? Numquid potest in ventrem matris iteratim introire & renasci? Cum quæ ulterius hæc regenera-*

rationem explicaret Christus, & adjiceret: *Amen dico tibi: Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & spiritu sancto, non potest introire regnum Dei,* adhuc hæret & dubitat Nicodemus, & dicit: *Quomodo hæc possunt fieri? An non tibi videtur ei planè similia hæc Samaritana, dum promittenti Domino aquam vivam, illam scilicet regnandi vim habet a spiritu S. interrogat ipsa, unde & quomodo haurire possit?*

Sic & Capharnaïta, dum dicit Dominus: *Nisi manducaveritis carnem Filii hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis,* intelligit valdè crasse, quasi carnem suam in particulis varias dissectam comedere hortaretur. Unde discedunt & abeunt retrò & murmurant: *Quomodo hæc potest nobis carnem suam dare ad manducandum? Nempe & hic animalis homo non percipit ea quæ Dei sunt, nec spiritus hominis, quæ sunt spiritus Dei.* Ideo abeunt ipsi retrò. Sed prudentior Samaritana, licet dubitans, non discedit cum Capharnaïtis, sicut nec Apostoli tunc temporis. Quamobrem ulterius illuminatur, ut intelligat verum esse quod tunc Apostoli dixerunt Domino interroganti: *Nunquid & vos vultis abire? Domine verba æterna vitæ habes, ad quem ibimus?*

Mulier ergo Christi promissionem de aqua non fat intelligit, tum quia caret situla ad hauriendum, tum quia nullus ibi fons vivus, unde aqua viva hauriatur; tum quia non videtur nisi esse praesentus Patriarchæ Jacob, qui hoc puteo contentus fuit, nec alium aquæ melioris invenire potuit. Sic nimirum, ut diximus, nemo potest credere perfectè ad fidem in Christum sine prævio lumine Christi: nec nemo potest videre Solem, sine prævio lumine Solis. Et quia necdum perfectè illuminata erat de mysterio aquæ vivæ, ideo petit quomodo haurienda sit, & unde.

Sic & hæretici nostri, quia carent lumine fidei, increduli sunt verbis Christi, *Hoc est corpus meum.* Ideo interrogant, quomodo hoc possit fieri, ut panis converteretur, ut Christus sit in mille locis simul, ut sub particula tale corpus sex pedum contineatur ut species & accidentia permancant sine subiecto, & similia multa.

Sic abeunt retrò, quod non fecit Samaritana, quæ ulterius edoceri gavisa fuit.

Nos porro eis cum hac muliere dicimus, sed alio sensu: *Putem alium esse, neque habetis in quo hauriatis.* Hoc omnibus dici potest, qui sublimia & profunda mysteria volunt comprehendere, sine sufficienti fide, aut situla. Hoc illis dicimus, qui prædestinationis reprobationis quæ diving arcana explorare volunt & intelligere, quandoquidem in puteo profundo submergantur, cum hydria intellectus sit incapax, & funiculi cogitationis eorum sint insufficientes, ut pertingant ad fundum. Idem dicimus his qui mysterium Trinitatis, Incarnationis, Eucharistiæ, similia, argutis sui intellectus coarctare se posse existimant. Quia & de his scri-

ptum.

psal. 97. ptum est: *Nimī profunda facta sunt, Domine, cogitationes tuae, vir insipiens non cognosceat, & stultus non intelliget.*

Cæterum, licet hæc Samaritana adhuc non perciperet perfecte verbum Christi de aqua viva, aliquid tamen percipiebat, aliquid immutabatur affectus ejus, & paulatim illuminabatur intellectus, suavitere in ea operabatur virtus divina. Quod ex eo colligitur, quia quem Iudæum vocaverat, quemque torvo vultu id spererat, & quodammodo insultaverat, nunc Dominum vocat honoris & reverentiae gratiā, considerans in ejus tum verbis, tum vultu aliquid sublimius quàm prius. Et ideo doceri ab eo cupiens dicens: *Domine, puteus alius est, &c.* Non dicit hoc absolute rejiciendo ejus promissionem, sed inquirendo modum & veritatem. Nec ipsa infelicitate ejus potest profunditate & defectu stultæ: *Tume fallis, tu non habes aquam vivam, sed solum dixit: unde habes!*

Non etiam absolute ei contradicens, & sese opponens ejus velut presumptioni, dixit: *Tu non es major Patre nostro Jacob, qui dicit nobis puteum, & ipse ex eo bibit, & filii eius, quīsi meliorem reperire potuisset, filii sui in usum ostendisset, sed dicit interrogative & dubitante: An tu maior es Patre nostro Jacob? Ideo interrogatione & dubitatione usa est, quia hoc est difficile, tamen non impossibile judicavit; quod sane jam lumen divinum efficiebat in ejus mente ut explicat Cardinalis Toletus in hunc locum. Adverte quoque, quòd illa quæ exprobraverat Christo quòd Iudæus foret; *Tu Iudæus cum sis*, nunc se eo nomine nobilitet, cum dicit Iacob esse Patrem suum, quasi diceret: *Ego sum Iudæa, ut tu, quia communem Patrem habemus Iacob.* Inquirunt autem Interpretes; quâ ratione Patrem suum Iacob appellet, quandoquidem Samaritani ex Assyriis erant oriundi, & translati in Samariam, ut antea diximus est. Sed facilis est responsio, ideo eos Iacob Patrem suum vocare, quia & Deum colebant quem Iacob coluerat, & in illa terra habitabant in qua olim Iacob habitaverat, & puteo Iacob esset gloriabantur, & seuebantur. Interim gloria hæc inanis erat, quia cum Deo Iacob simul idola colebant, nec ejus hanc perfecti, nec ejus mores & sanctitatem imitabantur.*

Similes sunt his Samaritanis nonnulli Christiani, imò & Sacerdotes, & Religiosi, qui se filios Sanctorum gloriantur, & eorum se nomine nobilitant, nec pietatis Patrum scintilla in eis scernitur, nec opera illorum faciunt. Unde illis ista Domini exprobratio convenit: *si filii estis Abraham, opera facite Abraham.* Convenit & illa apud Prophetam exprobratio. *Filii Ephyra omnes estis vos peccatis scilicet denigrati estis ut Archypes, non candore iustitiæ vestiti, ut filii Abraham & Iacob.* Similes sunt & hæretici, qui se Apostolorum filios jactant, cum ab illis & doctrinâ & moribus discrepent.

Infirma abhuc est mulier ista in fide, & solum se pasculum ei adluce fecit crepit, unde adhuc

ignaram se ostendit, sive dum ei funem & stulam ad hauriendum negat suppetere, sive dum cum Iacob comparat, dubitans an major sit. Erras igitur, ô mulier! dum ei stulam negas & funem. Vriquet habet funem, qui non dirumpitur, per quem evaserunt exploratores Jericho. Per quem Ioseph de lacu subdudus est. Per quem Hieremias & Daniel è profundo elevantur. Per quem David è fenestra dimissus, salvatur. Per quem Paulus Damasci in sporta incolumis evadit. Per quem Patriarchæ omnes vivam è puteis aquam eduxerunt. Hic funis est benignitatis Iesu, quia per illam omnes isti salvi facti sunt, & aquam biberunt in figura salvandorum per Iesum. Et ipse est qui educet viaductos de lacu, in quo non erat aqua funiculo passionis suæ. Utinam hæc omnia intelligeres perfectius, & hos funes ab eo mutuares ad erucendum te è profundo lacu, in quo te detinet Satanus, & effugendum ab ejus potestate, simulque ad hauriendum aquam vitæ; sed hoc tibi postmodum continget ejus ope & benignitate.

Erras quoque ô mulier! dum eum cum Iacob vix audes comparare; quia ipse est Deus Iacob Patri tui, quem gavisus est in spiritu videre, & ejus incarnationem agnoscere in contemplatione mysticæ suæ scilicet. Ipse est qui cum Iacob luctatus est in nocte & benedictionem ei impertivit, partim eum rectum relinquens, partim claudum efficiens, ut signaret ejus progeniem partim rectè incedentem in prædestinatis, partim claudicantem in reprobis. Quapropter dixit Iacob: *Vidi Dominum facie ad faciem, & salva facta est anima mea.* Similes rursus sunt hæretici huic Samaritanæ; dum non nisi ratione naturali uti volunt in rebus fidei; dum de Christi potentia disputant in Eucharistia, quasi non sit major Iacob, & quolibet homine; dum nolunt intelligere gratiam conferri in Sacramentis, & in illis contineri tanquam aquam vivam, scaturientem à Christo tanquam à fonte.

Porrò, quòd adhuc errat hæc mulier, inde est, quòd necdum sciat donum Dei donum illud inclytum & magnificum quòd Deus misit in terram Filium scilicet suum. Necdum cognovit funem illum quò demisit lapidem angularem, qui debet conjugere utrumque parietem ex Iudæis & Gentibus; collaudantibus Astris matutinis, & jubilantibus omnibus filiis Dei, ut dicitur apud Iob. Necdum agnovit perfectè eum qui dicit ei: *Damibi bibere.* Iob. 38. Interim continuans sermonem ut plenius instrueretur incipit esse filia Iacob, quia luctatur cum Domino in nocte ignorantie suæ, non dimissura nisi benedictionem obtineat. Hinc & noctem paulatim ab ea fugat Dominus, & auroram inducit, quæ crescat usque ad perfectum diem.

PROV. 4.

LECTIO IV. BIPART.

Dixit ei Iesus: Omnis qui biberit ex hac aqua, sitiet iterum: Qui autem biberit ex aqua quam ego dabo ei, non sitiet in aeternum.

PARS I.
Quomodo distinguatur aqua Christi ab aqua mundi.
2. Cor. 10.

Interrogatus est Christus à muliere, num ipse foret major Patriarcha Iacob? Potuisset quæ discretis verbis id asserere: non tamen id facit, ut exemplum nobis donet humilitatis ac quandoque nobis contingat nimis facile gloriari. In ipso quidem periculum non erat vanitatis, illam tamen voluit reprimere in nobis, ut attendamus semper illud Apostoli: *Fratres qui gloriatur, in Domino gloriatur non enim qui seipsum commendat, ille probatur, sed quem Deus commendat.* Neque solum humilitatem docet hic Dominus, sed etiam instruit nos in colloquiis & disputationibus de veritate omnia missa facere, præsertim quibus nos impetimus, solum quæ rare occasionem docendi proximis, ut hic ipse facit, bis non directè respondens ad ea quæ quærebantur, sed ea quæ quaestio nis occasione serviebant, maxime instructioni, ut Iansenius. Ergo quia hic agebatur de veritate inchoatæ promissionis, hoc est de aqua alia excellentiore, quàm aqua Iacob, totus est Dominus in aqua illa commendanda. Vnde quam appellavit aquam vivam, nunc dicit sitim extinguere in æternum, fierique fontem in eo qui ex ea bibit salutem in vitam æternam. Quæ quidem est magnifica commendatio, ex qua tacite colligitur, eum qui illam dat majorem esse Iacob Patriarcha, cum tantum possit impetiri donum. Videamus ergo particularius de hac aqua, quænam illa sit, & cur dicatur aqua viva ad distinctionem contra aquas mortuas huius sæculi.

In primis notum est illam dici aquam vivam, quæ ex sua continet spiritum vitali, quasi a vimata esset quodam spiritu vitali, vita enim aquæ est fluere & moveri, & hæc aqua etiam magis salubris est & vitalis. Aqua autem mortua est, quæ in lacunis, cisternis, stagnis continetur, & sine motu est; unde mox fit putris & corruptioni obnoxia, nec salubris est. Hinc dona Dei comparatur aquæ vivæ quia ex viva profluunt scaturigine, & vitam donant, jugiterque profluunt tamquam à vitali fonte. Audi B. Ennodium l. 2. ep. 12. eleganter hac de re differentem: *Largus meatibus caelestium munus procurrat fluenta donorum. Sola vena est quæ maciem necesse, & defectum abiturat, tantum cur sibus suis suggerens, quantum meretur peccatis sitiens accipere.* hæc ipse. Sicut fons aquam vivam ubertim proferens accedunt, quia nihil ei ex hoc decedit, ideoque gaudet sine sui detrimento se posse communicare aquam suam; ita & Deus habet se in donorum suorum communicationem.

Dona Dei, aquæ vivæ comparantur.

E contra dona mundi comparantur quæ mortuæ, vel morienti, & sese corrumpenti ac putrescenti, omnia enim quæ mundus dat, cito interit, corrumpuntur deficient. An non sunt dona mortuæ, opes, deliciae, voluptates? An non dona corruptibilia, honor, decus, fortitudo, pulchritudo? Cito deficient, & flaccescunt, ac abeunt. Aquæ mortuæ sunt nihil vividum habent. Vnde & mundus comparatur mari mortuo, ubi ex insalubritate aquæ corruptæ pisces moriuntur citissime; comparatur & cisternis dissipatis, ac rimosis, de quibus aqua perit & effluit sensim, vel lacunis aquas turbidas continetibus. Hinc conqueritur Dominus, quod his relictis non concurrant homines ad aquam suam puram, vivam, ubertem & indeficientem. *Obstinate celi & poræ eius desolamini vehementer. Duo malafeci populum meum. Dereliquerunt mesentem aquæ vivæ, & sederunt sibi cisternas dissipatas, quæ continere non valent aquas.* Magno labore homines huius sæculi hauriunt vel paucas guttas aquæ de lacunis vel cisternis istis, unus aliquid haurit falsi honoris, alius aliquid falsæ voluptatis, plures aliquid mox transiunt commoditatis; & negligunt fontem ubertem veri honoris, veræ voluptatis, veræ fælicitatis, ad quem invitantur, & facilis est accessus. O deplorandam insipientiam! Vnde de amatoribus mundi dicebat S. Augustinus, tract. 15. in Ioan. *Aqua in puteo voluptatis sæculi est in profunditate tenebrosa; inde tam hauriant homines hydra cupiditatis. De ea bibunt & perierunt, hoc est insipi, qui belluarum instar & pecorum traduntur, & nesciant quid sit donum Dei, donum aquæ vivæ. Dicebat his sæculi dilectoribus cæcis S. Bernardus Epil. 106. Si tantum dilecta tenebrosa aqua de nabibus aëris, quantam jucundius haurias de ferevissimis fontibus Salvatoris.*

Hoc etiam hic advertendum est, quod aqua mundi, quibus incubant homines, sint *Aqua contradictionis*, hoc enim nomen merito sibi vindicant, quæ confitentur & illa aqua de qua dicitur: *Hoc est aqua contradictionis.* Nempe mille rixas, mille contradictiones, nesciant bonæ huius sæculi inter ambitiosos & cupidos, ut notum est. At aqua viva Christi, *Aqua est pacis & benedictionis.* Ecce Potens hic Iacob factus est initio puteus contradictionis inter Samaritanam & Christum, cui insular hæc Samaritanæ, & aquam denegat. Sed ubi Christus de fonte suo aquæ vivæ ei facit mentionem, mox contentio cessat, paxque accedit & benedictio ergo merito potest benedictionis ac pacis nuncupari potest merito certe dicere potest illi mulieri Christus: *Probavi re a te, sed non apud aquam contradictionis.* Aqua contradictionis excolim dicta fuit, quia populus cepit Moysi contradicere, & ejus imperium detestare, ibique Dominus probavit & exploravit fidem patientiam populi per aquæ penuriam. Hæc aqua putei Iacob, quæ contradictionis dici potest, quod ibi de studio agatur inter Samaritanos & Iudæos, & de eorum contradictionibus, tum ob rem plurim & adorationem,

acm. tum obnegatum commercium & confortium. Ibi vero probavit Dominus, sive exploravit fidem & charitatem Samaritanæ suâ interrogatione & aque pollutione. Cui contradicenti, eum fontem excellentiorem demonstraret, & conscientia ipsius secreta detegeret, fides vera, & lux nova accessit, ita ut dixisse censenda sit Domino, remota jam omni contradictione: Proba me, Deus & scito cor meum, interroga me, & cognosce sententias meas. Et vide si via iniquitatis in me est, & deduc me in via æternam ad fontem scilicet salientem in vitam æternam, quem promittis. Quod quidem fecit Dominus, e- jus fide confirmata.

Mundani putei, calumnie & inimicitarum putei. Vltius dicere possumus, quod Putei illi de quibus mundus aquam haurit, rectè vocentur sicut duo illi Putei quos cù rixa foderunt Pastores Isaac. Puteus calumnie, Puteus inimicitiarum. Sic enim dicit Textus facit: Propter puteum iurgium fuit Pastorum Geraræ adversus Pastores Isaac, dicentium. Nostra est aqua. Quapropter vocavit Isaac nomen Putei CALUMNIAM. Alium aperuit Isaac Puteum, & pro illo quoque rixati sunt, appellavitq; eum INIMICITIAS. O quot calumnias, quod inimicitias pariunt honores, opes, cupiditates, seculi hujus aque! At puteus aque vive, Puteus Christi sine rixa est, quia omnis pars omnibusq; sufficiens est, & superabundans, dicitur S. Augustino: *quantumlibet facies capaces altiores, fons vivens sitientem, Conforter ait S. Cyprianus: Nemo excluditur, sed quam tum vas fidei capacis afferimus, tantum gratia inundantur haurimus.* Vocari ergo potest hic Puteus aque vive, sicut tertius Puteus Isaac. LATITUDO, de quo ibidem: Profectus Isaac fodit alium puteum, pro quo non contenderunt. Itaque vocavit nomen ejus LATITUDO, dicens: Nunc dilata vit nos Dominus & fecit crescere super terram. Postea appellavit eum ABUNDANTIA, ob aquæ ubertatem. Quod ipsum nostro convent Puteo aut Fonti, quia non solum hominem crescere facit, & ei cor dilatat, sed etiam abundantissimè fluitans, omnibus eum bonis reddit abundantem.

Putei Christi. Putei latitudinis & abundantie. Hec quidem generaliter de diversitate aque Christi & mundi dicta sint. Iuvat autem paulò altius repetere ex doctrina SS. Patrum, quid hæc aqua viva, de qua hic Dominus, specialiter significet.

PARS II. Quomodo per hanc aquam, baptisimi a- ptissimi a- que & do- ctina E- vangelica intelligantur.

Primò quidem S. Cyprianus; ep. 63, S. Ambros. serm. 31. hanc aquam vivam baptisimi aquam interpretantur, quia hæc aqua virtutem habet animas vite restituendi. Certe ad significandam virtutem vite æque baptismalis, multa circa aquam contingere consideratione & admiratione digna jam ab initio seculi, tam in lege nature, quàm in lege veteri & nova que memorant SS. Patres. Inter hos S. Ambrosius libro 10. in Luc. sic eloquitur dicitur: De aqua quid dicam: Super aquam ante ipsos mundi natales S. Spiritus ferebatur. O aqua, aqua humano aspersum sanguine, ut presentium lacrya-

rum figura præcederet, orbem terrarum lavisti! O aqua que Sacramentum Christi esse meruisti, que lavas omnia, nec lavari! Tu incipis prima, tu compleres perfecta mysteria. A te principium & finis, vel potius tu facis ut finem nesciamus. Per te fiet tabida carnis aboleretur, & percuncta cito viscera aspersa sale in multam servatur etatem. Per te arenibus estu corporibus, dulcis ad gratiam, salutaris, ad vitam, sua vi ad voluptatem potus infunditur. Tu nomen prophetis & Apostolis, tu nomen salvatori dedisti. Illi nubes celi, illi sal mundi, iste Fons vite Te prophetico percusso tactu, ut sitientia rigares corda populorum, vomuit petra. Te, cum de latere salvatoris erumperes, percussores viderunt, & crediderunt, & ideo regenerationis nostræ è tribus una es testis. Tres enim res sunt, aqua, sanguis, & spiritus. Aqua ad lavandum, sanguis ad pretium, spiritus ad resurrectionem. Hæc S. Ambrosius, qui mysterium & typum aquæ vive, hoc est baptismalis aque agnoscit, sive dum spiritus initio ferebatur super aquas, sive in diluvio abluir orbem, sive dum è petra à Moyse produci- tur, sive dum profuit è latere Salvatoris. Que etiam omnia agnoscunt SS. Patres.

Inter hos S. Chrysof. ser. 166. de aquis diluvii baptismum delignantibus hæc dicit solita sua elegantia: Cum mundus intra generis humani primordia per descendam nefando vitiorum squalore sordesceret, & totus criminum fetoret horrore, ac penè ipso iniquitatis sue fumo sulfure celi contenderet claritatem, 40. diebus ac noctibus expiaturus terram cælestis imber effunditur. Ut quia pervire sibi mundus, quod factus fuerat, tam debere, gauderet tali baptismate se renatum: sciretq; quod est, non nature, sed amoris sui gratie se curam debere; ipsamq; nostri baptismatis formam terra, nostri corporis, prælibaret, ut que antea natos homines producebat ad mortem, hos ad vitam produceret iam renatos. Hec Chrysof. Legendus quoque est Tertullianus lib. de baptismo, ubi inter cetera de Spiritu S. qui ferebatur super aquas ut eas vivificaret (sive ut aquam vivam nobis produceret) dum initio terra adhuc erat inanis & vacua, & tenebræ super faciem abyssi, sic dicitur: *Habes imprimis etatem venerari aquarum, quod antiqua substantia; deinde dignitatem, quod divini spiritus sedes fuerit gratior ceteris elementis. Nam & totæ tenebræ sine siderum cultu, informis & tristis abyssus, & cælum rube; solus liquor semper materia perfecta, læta, simplex, de suo puro dignum rectaculum Deo subiciebat.* Hec Tertul. Qui etiam advertit, quod non terra, nec elementum aliud, sed solè aque jubentur producere aliquod vivum & animatum quasi jam designarentur hæc in re, aque vive baptismi, quæ vitam dant animabus. Sic enim dicitur: *Producant aque reptile anime vs. Gen. 1.* Primum liquor id quod viveret edidit, ne mirum sit, si in baptismis aquæ animare novaverit. Ita ipse l. de bap. Denique idem loquens de mysteriis aquæ in nova lege, sic habet: *Namquam sine aqua Christus. prima rudi.*

1. Aqua baptismi. Diversa circa aquas mirabilia conrigisse ostenditur. Ex S. Ambrosio.

Ex S. Chrysofologo.

Ex Tertuliano.

Gen. 1.

rudi.

rudimenta potestatis aufertur ab aqua, vocatus ad nuptias. Cum sermonem facit, stitit ad aquam suam convocata sempiternam. Cum de Agape docet, aqua calicem fratri oblati inter opera dilectionis probat. Apud puteum vires resumat super aquam. Hæc ille.

S. Cypria.

Recte igitur S. Cyprianus per aquam vivam baptismatis undam intellexit, quandoquidem & Ecclesia fontem baptismalem consecrans, de illo canat: FONS VIVUS, AQUA REGENERANS; Vnda PURIFICANS. Sic & S. Leo fontem baptismalem vocat uterum vivum Matris Ecclesie, in quo formatur & generatur Christi viva membra. Cui conformiter S. Chrysol. serm. 17. ait: Hinc est, fratres, quod virgineum fontis uterum celestis spiritus arcana sui numinus admixtione succedet, ut quos origo limose stirpis profuderat sub misera conditione terrenos, celestes pariat, & ad similitudinem sui perducatur auctorem. hæc ille. Porro quia S. Cyprianus hic per aquam vivam baptismi aquam intelligit, ideo ulterius explicat, quomodo qui baptismum acceperit non sit iterum, quia scilicet baptismus nunquam potest iterari. iam natum de Adam (inquit S. Aug. tract. 11. in Ioa.) non potest iterum generare. Adamiam namque sum de Christo, non potest iterum generare Christum, quomodo iterum: non potest iterum nec baptismus. De fonte baptismali vide Cand. myst. r. 2. l. 2.

An Samaritana fuerit à Christo baptisata, & quo baptismo.

Quæres an Samaritana baptisata fuerit à Christo non baptisata fuerit aqua fluminis, baptisata fuit baptismi fluminis æquivalente, nam peccata ei omnia delecta fuerit, & innocentia quedam baptismalis collata. Audi S. Ambros. serm. 30. Sanctificata per fidem Christi mulier, domum rediit. De hac dixit se prophetam puto. Eiusmodi est iniqua via mulieris meretricis, que cum se abluerit, nihil se dicit fecisse prævium, ut dicit Sapiens. De hac plantã dicitur est, que posteaquam fonte est abluta salvatoris, delictorum vitia non meminit, virtutem prædicationis assumit: & vivã aquã abstergens maculas suas ad evangelizandum non conscientia peccati retrahitur, sed fidei calore compellitur. Nihil enim fecisse se dicit prævium, dum sit nuncia veritatis & oblivione abnegat impudicitiam, dum de vocatione prædicat castitatem. Hæc enim virtus Christi est, ut quem peccator qui eius unda se lavavit, de novo in virginem reparatus, non meminerit ante, quod fecerit, & redi vivã naturã itate infans in innocentiam præferat, inventus scelera non agnoscat; sitque virgo fide Christi, qui fuerat adulter correptione peccati. Hactenus ille.

PROV. 30.

Ex quibus verbis satis colligitur hanc Samaritanam vel baptisatam fuisse baptismi fluminis, vel æquivalente baptismi fluminis, quandoquidem innocentiam retulerit à Fonte. Vnde addit S. Ambros. serm. 31. mulierem istam gessisse figuram & personam Ecclesie de gentibus, que ante adulterium sacrilegiis contaminata, postquam baptismi nitoris purgata est, diabolice impietatis non meminit, sed de religione veritatis exultat, factaque de meretrice virgo, non recordatur prævium, sed in integritate gloriatur.

Secundo per aquam hanc vivam intelligit S. Ba. 2. Per hanc filius hom. in Psal. 28. sacram doctrinam, similiter aquam la. & Origenes & Theodoretus in Ps. 1. Certè sacra doctrina Evangelica multoties in Scriptura indicator na signifi. per aquam, vocat eam Sapiens, aquam salutis, dum canit. dicit: Aqua sapientie salutans potavit illum, cibus. Eccl. 15. vit eum pane vite & intellectu. Abundantia quoque doctrinae salutaris, quæ à Christo per Apostolorum missionem effundi debebat in orbem, signi. Zach. 14. exhibuit aquæ vivæ de Ierusalem medium earum ad mare orientale, & medium earum ad mare occidentem. Prævidebat lumine Prophetico Zacharias Evangelicæ doctrinæ aquas copiosas ex Ierusalem derivandas per totum Orientem & Occidentem, sub quibus aliæ duæ mundi plagæ Austro & Aquilo subintelliguntur. Hoc autem factum est jam ab initio per Apostolorum prædicationem, dum illud adimpleri cepit: De Sion exiit lex, & verbum Domini de Ierusalem. Accepto enim in Ierusalem, sive in monte Sion Spiritu sancto, exinde in orbem progressi sunt Apostoli, doctrina facillime implentes.

Hanc quoque doctrinam significare possunt Aquæ illæ quæ apud Ezechielum de templo egrediuntur, & exundant in torrentem; ita ut, Angeli licet duce non potuerit Propheta illum torrentem transvadere, quamvis initio solum aquæ illæ pertingerent usque ad talos ejus, deinde usque ad genua postea usque ad renes. Quibus significatur quod Evangelica doctrina, quæ à Christi humanitate tanquam templo, & ab ejus cruce tanquam altari trahens originem; parvo tamen ex initio paulatim copiosissime orbem terrarum pervisit donec Christus dominaretur à mari usque ad mare; & à flumine usque ad terminos orbis terrarum.

Quapropter quod aqua ista ad genua mox pertingit significabat quod doctrina Christi statim illuc pertingeret, ut persuaderet multis Christi curvare genu. Ulterius, quod pertingeret ad renes, significabat quod carne & concupiscentias, quarum sedes sunt renes, latius restringeret, ita ut cohiberetur multos induceret. Denique quod jam transvadari non potuerit, sed natao fuerit transmittenda significabat Christianos, præsertim perfectos, in Ecclesia Dei & gratia ejus quasi pisces natari. Ita nonnulli interpretes ex S. Greg. XXI. mor. ca. 14. Aliqui etiam hic diversos Christianorum ordines denotari autem: incipientes, proficere, perfectos. Primi usque ad talos ambulat in aquis mandata Dei observantes. Secundi usque ad genua ambulat in aquis, quia etiam consilia Evangelica ad jungere conantur præceptis. Tertius aqua circumfluat usque ad lumbos, quia gratiam copiosam habent ad perfectionem servandam, & caritatem perfectam proficere. Denique, aqua quæ transvadari nequit, Beatorum statim designat, quia comprehendit nequit, quod oculis non vidit, nec auribus audivit.

nec in cor hominis ascendit. Ibi immerguntur in flumen pacis & beatitudinis, sine fundo, sine mensura, sine limite.

Quomodo haec aqua in mare mortuum defluens, in illud influens. Jordanis aqua in mare mortuum infuebant, sed sanare illud non poterant. Moyses doctrina in mundum illabebatur, ac illud sanare non poterat. Influxit Evangelii unda fulcrifera, & sanavit, quasi aqua viva, aquam emortuam. Sarnari autem dicitur aqua, cum à falsedine, amare, & sterilitate ad dulcedinem fecunditatem, que transferuntur. Sanavit ergo Deus aquas maris mortui, id est, mundi, quia falsedinem & amarem, in fecunditatem que & mortem, quam gignebat, influentibus Evangelicæ doctrinæ aquis immutavit, ut jam felices gignat pisces in vitam æternam.

Rursus doctrina Evangelica significatur per aquam è duodecim fontibus emanantem, quos repererunt Hebræi in deserto, dum peregrinarentur. Hi enim fontes designabant duodecim Christi Apostolos, per quos aqua viva exilire debebat ed irrigandam desertam faciem terre tempore Ecclesiæ novellæ, & ad potandos accedentis ad fidem. Sic 70. Palma & septuaginta palmæ ibidem repetæ discipulos Christi septuaginta repræsentabant, teste S. Hieronymo ad Fabiolam, & Tertull. l. 4. contra Marcion c. 14. Itaque hæc aqua viva, hæc doctrina sacra Christi & Apostolorum, etiam per illas designatur aquas, ad quas sitientes invitatur Dominus: Omnes sitientes venite ad aquas, emite absque commutatione vinum & lac. Illa aqua viva, modò lac pro parvulis modò vinum pro grandioribus, modò mel appellatur, modò aqua, quia diversis diversum saporem adducit, juxta eorum dispositionem, & Dei multiplicem operationem: Unde & Psalmista agens de aqua quam Petra protulit, figura Christi, ait: De petra melle saturavit eos, hoc est, aqua dulci & sapida instar mellis.

Imò notatu dignum est, quod de Christo filio Dei scriptum est: In ipso vita erat, & vita erat lux hominum. Ideo enim quicquid ipse promittit, spectat ad vitam, & addit ei nomen vitæ. Sic sicut panem promittit, spectat ad vitam, & addit ei nomen vitæ. Sic sicut cibum promittit & panem, dicit esse cibum panem vitæ. Operamini non cibum qui perit, sed qui permanet in vitam æternam, quem Filius hominis dabit vobis. Ac postea aliquoties reperit: Ego sum panis vitæ, panis vivum qui dat vitam mundo. Si accuratè attendas, reperies in illo eodem discursu ac capite Christum repetere plusquam decies nomen vitæ: ut inculcet à se non nisi vitam procedere, & quidem vitam æternam. Quod ipsum affirmavit disertè: Ego veni ut vitam habeant, & abundantius habeant.

Sic alibi sequentibus se promittit Lumen vitæ. Qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habet lumen vitæ. Imò ut securè ipsum sequamur, asserit: Ego sum Via, Veritas & Vita. Iplius quoque verba non nisi spiritus & vita sunt, ut propterea etiam dixerit S. Petrus: Domine verba vitæ æternæ habes.

Adde, quod promissum habeant iusti ab ipso nomina sua scripta esse in Libro vitæ, quoq; pollicetur

LECTIO V. TRIPARTITA.

Aqua, quam ego dabo ei, fiet in eo fons, aque salientis in vitam æternam.

PARS I. Aqua viva, de qua hic agit Christus, quam Aquam vitam, gratiam Spiritus sancti designat, juxta communem Sanctorum interpretationem, immò & ipsum Spiritum sanctum. Quam interpretationem fuse prosequitur Cardinalis Toletus, in c. 4. Ioan. Annot. 9, ubi sic ait: Consideranda sunt hæc verba: Aqua quam ego dabo, fiet in eo fons salientis in vitam æternam. Aqua ergo sunt duæ. Prior quæ viva dicitur, quam Christus promittit, & hæc fit in eo qui accipit, fons. Altera est aqua, quæ ab hac aqua & fonte emanat, & salit in vitam æternam. Aqua viva,

Vitis florifera.

quæ fons fit in accipiente, Spiritus sanctus est: Aqua verò quæ à fonte hoc fluit & emanat, gratiam signat & dona Spiritus S. quæ participatio quædam sunt ipsius, ideoq; etiam aquæ vivæ dicitur. Hæc duo distinguit Paulus: Caritas Dei diffusa est in cordibus nostris, per Spiritum sanctum qui datus est nobis. Quando dicitur, Caritas diffusa est, hæc est aqua manans & fluens, dum dicitur: Per Spiritum sanctum qui datus est nobis, hic est fons aquæ vivæ, Similiter dicitur: Flumina hæc sunt gratia & dona Spiritus sancti, nam & S. Athanasius per flumina, dona S. sancti interpretatur. Hactenus Toletus.

Itaque juxta hanc interpretationem, duplex est Aqua. Una quidem ipse Spiritus sanctus, qui & aqua & fons aquæ dicitur, qui admirabili modo in iustis est, non solum per præsentiam quamdam, sic ut Deus dicitur, Deus esse in omnibus; sed per quandam vel unionem & assistentiam specialem quæ in hoc seculo perfectè cognosci non potest. Unde de eo dicitur Ioan. 4. Apud vos manebit & in vobis erit. Quapropter & ei specialiter opera nostra tribuuntur: Spiritus postulat pro nobis. Et, Non vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri qui loquitur in vobis. Et, Qui operatur in vobis qui creditis. Altera aqua est ipsa gratia, & effectus Spiritus sancti, quæ gratiâ anima formaliter est munda & decora, sicut per Spiritum sanctum efficienter, Vtraque interim aqua illa, est aqua viva & vivificans, quia Spiritus S. est causa & auctor vitæ spiritualis, gratia autem est forma ipsa, qua vivitur secundum Spiritum.

Imò ut securè ipsum sequamur, asserit: Ego sum Via, Veritas & Vita. Iplius quoque verba non nisi spiritus & vita sunt, ut propterea etiam dixerit S. Petrus: Domine verba vitæ æternæ habes.

Adde, quod promissum habeant iusti ab ipso nomina sua scripta esse in Libro vitæ, quoq; pollicetur

c c c

Aqua duplex, etc.

Rom. 8. Mart. 10. 1. Thess. 5.

Ioan. 6.

Ioan. 6.

A Christo nil nisi vita procedit.

Ioan. 10.

Ioan. 8.

Ioan. 6.

tur

in certantibus & vincantibus edere se fecit de Li-
 gno vite. Attende igitur, non sine emphasi & energia
 ubiq; à Domino repeti nomen *Vite*, sicut & hic a-
 pud Samaritanā agitur de *Aqua viva de Fonte Vi-
 va* sive de *Fonte saliente in vitam aeternam*. Nepe ip-
 se Christus vita est in Patre, vita in se, vita in Spli-
 ritu sancto, vita in carne, vita in morte, vita in re-
 surrectione, vita in nobis, vita in æternitate. Ipsi-
 us cogitationes, desideria, verba, opera, membra vitā
 habent, & vitam operari possunt. Immo & ipsius
 umbra, *umbra vite est. In umbra ejus vivemus inter-
 gentes*, dicebat Propheta. Hinc & aliqui dixerunt
 in cruce latronem fuisse conversum per umbram
 Christi, quā obumbratur à meridie. Propter hæc
 omnia etiam S. Ioannes agens de Christo, & illum
 annuncians omnibus, sic dicit: *Quod fuit ab initio,
 quod audivimus, quod vidimus oculis nostris, quod
 perspeximus, & manus nostra contrecta verunt de
 Verbo Vita, & Vita manifestata est, & videmus, &
 testamur, & annunciamus vobis Vitam aeternam,
 qua erat apud Patrem, & apparuit nobis*. Attende
 hic quod tertio repetit nomen *Vite*. Conformiter
 his omnibus dicebat S. Ambrosius in Psal. 6. *Ipsè
 Christus nostra in omnibus vita est, ipseus divinitas
 vita est, ipseus æternitas vita est, ipseus caro vita est,
 ipseus passio est*. Unde & Ieremias ait: *In umbra
 ejus vivemus; umbra alarum, umbra crucis, umbra
 est passionis. Ipsi mors vita est, ipseus vulnus vita
 est, ipseus sanguis vita est, ipseus sepultura vita est,
 ipseus resurrectio vita est universorum, & sic seque
 quomodo ipseus mors vita est? in morte ipseus baptisari
 sumus, ut cum ipso in veritate vite ambulemus. Si
 granum frumenti mortuum fuerit, multum fructum
 afferret, ait ipse: *Mors ergo ejus fructus est vite, quia
 mortuus est, ut multum fructum afferret in nobis*,
 Hæc S. Ambr.*

Quid itaque dicemus Domino, nisi idem quod
 Petrus: *Domine, verba vite aeternae habes*. Ideo
 MARIA conservat ea in corde suo: ideo Magdale-
 na à te & pedibus tuis non vult divelli: ideo Pec-
 trus non vult abire retrorsum: ideo ad re venit. Ni-
 sedemus nocte: ideo & hostes tui dicunt: *Nun-
 quam sic locutus est homicida sequuntur te turbæ,
 non obstant esurire: ideo & mortui verba tua per-
 cipiunt: ideo & Samaritana ex illis proficit ad
 vitam, quam & aliis communicat*.

PARS II.
 Cur S. Spi-
 ritus, ejus-
 que gratia
 coparetur
 aque.
 Respon. 1.
 Quia puri-
 ficat.
 Cant. 1.

Gratia Spiritus sancti, & ipse Spiritus San-
 ctus comparatur aquæ.
 Primo, quia purificat animam à sordibus pec-
 catorum, & eam mundam & nicidam de, coramq;
 efficit, ultra decorem naturalem quem habet ani-
 ma in sua substantia, (est enim anima ex se pul-
 cherrima substantia, rebus cunctis visibilibus pul-
 chrior) ei superaddens pulchritudinem specialem
 & supernaturalem: ita ut propter duplicem hanc
 venustatem & speciem, tam naturalem quam su-
 pernaturalem: dicatur his de ea in Canticis: *Ecce
 tu pulchra es, amica mea, ecce tu pulchra es*. Hanc

pulchritudinem animarum cum semel Christus
 ostendisset Senenfi Catharina, mirabili exarite ze-
 lo in amorem & conversionem earum, ita ut ma-
 gna veneratione excoleretur vestigia eorum, qui
 se animarum conversioni impendebant. Et ergo
 hac in re aqua ista longe præstantior aqua naturali,
 quæ sordes corporis abluens, non potest nisi
 ejus munditiam naturalem manifestare: non potest
 autem vel deformitatem tollere, vel pulchri-
 tudinem superaddere, quod facit aqua hæc, quæ
 ideo dicitur longe *super nivem de albare*, quia can-
 dorem supernaturalem inæstimabilem superaddit
 naturali animæ puritati, ita ut fiat digna quam
 Rex concupiscat.

Secundo, gratia comparatur aquæ; quia fecun-
 dam reddit animam, & in operibus bonis germi-
 nantem, ac in variis donis iustificatam, quæ al-
 ias sterilis maneret & arida. Vis videre fructus
 hujus aquæ? Attende fructus Spiritus; quos enu-
 merat Apostolus: *Charitas, gaudium, pax, patientia,
 longanimitas, bonitas, benignitas, mansuetudo, fides,
 modestia, continentia, castitas*. Atque sicut divilio-
 nes aquarum seaturiant ex eodem fonte, & per di-
 versos canales ad arcolas varias ducuntur, ita Di-
 vinitus gratiarum sunt, unus autem spiritus divi-
 dens singulis prout vult. Et sicut aqua una variis
 plantis, herbis fruticibus servit, diversos fructus,
 flores, odores producens, iuxta cujusque naturam,
 ita Spiritus Sanctus miro modo indiversis condi-
 tionibus & complexionibus hominum contrariis
 operatur. Sunt enim aliqui homines vehementes,
 aliqui temperati, alii solitudinem dediti, alii con-
 versationem amantes, alii placidi, alii severi, mil-
 leque modis differentes, & tamen omnes iusti &
 sancti ab eodem. Spiritu Sancto diriguntur & du-
 cuntur. Huc spectat, quod ait Euthymius in cap. 4.
 Ioan. *Sicut aqua de celo descendens, cum sit unius
 speciei, vario modo operatur, dealbens in lilio, deni-
 grans in narcisso, rubicans in rosa, purpurifans in
 viola, dulcorans in ficu, amaricans in absinthio: ita
 quoque divinus Spiritus de celo descendens, cum
 unus sit, variis operationibus gratiam dividit ac
 virtutem*. Hæc ille.

Uterius hoc præ aqua naturali habet aqua
 Spiritus Sancti, quod etiam plantas mortuas & ex-
 siccatas revivescere faciat eisque det vitam abscen-
 ditam in Deo excellentiorem vita naturali, cum
 si superioris ordinis. Hac vita vivunt animæ in
 Deo, & Christus in eis vivit, & Spiritus Christi
 est qui vivificat eas & ita fecundas reddit, ut non
 solum singulos producant fructus, sicut ficus si-
 cum producit, vitis uvas, pyrus pyra, sed etiam
 singulæ animæ varios plane fructus, varios vir-
 tutum actus, planeque inter se differentes. Quæ
 per se sicca, & fecunda ac multiformis in opera-
 tione sua!

Tertio, ideo aquæ comparatur gratia Spiritus
 Sancti, quia refrigerat animam & extinguit
 sitim concupiscentiæ terrenæ & aliarum passio-
 num.

Respon.
 Quia fecun-
 dat.
 Galat. 5.
 1. Cor. 12.
 Respon.
 Quia refrigerat
 sitim concupiscentiæ
 terrenæ & aliarum
 passio-
 num.

exim-
guis sitim
concupif-
centie.
Aque
mundi sitim
non
extinguunt
sed accen-
dunt.

num. Quapropter cum Dominus de aqua putei Iacob dixisset: *Qui biberit ex hac aqua, sitiet iterum*: mox subiungit: *qui autem biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in æternum*. Ac primum quidem hic dicere possumus, quod aquæ putei Iacob, hoc est, aquæ mundi non satiant, nec sitim extinguunt; quin potius accendunt, quia falsæ sunt. Hinc nec avarus impletur pecunia, sed instat Tanali in mediis aquis sitit, ita ut versus ille canatissimus verus sit:

Quo plus sunt potes, plus sitiantur aque.

Sic nec luxuriosus per fedas voluptates suam extinguit sitim, sed accendit quasi falso gurgite. Sic nec venenosa aqua odii & passionis suæ satiat invidus aut vindicativus. Sic nec ambitiosus honoribus satiat, sed irritat ejus potius fames; quia umbratica bona animam non satiant, nec sitim extinguunt. Quapropter S. Chrysostomus ait homines huius sæculi esse similes iter facienti & vehementer sitienti, qui ubi inveniret fontem & canalem ubertim fluentem, nihilominus caritatis præ sitis vehementia, de umbra aquæ per canalem exiliens bibere conaretur. Non mirum, si talis umbram deglutiens, diceret: *Non possum satiare*. Quia scilicet non umbraticæ aquæ, sed canali veram aquam continenti os debet apponere, si vult refrigerari & sitim extinguere. Quis igitur, quod omnia quæ in sæculo sunt, apparent ad tempus; & transeant cito sicut umbra? Ergo non hæc appetenda sunt, nec illis os apponendum; sed vero Fonti, veræ aquæ, veris que bonis, quæ à Deo scaturire noscuntur. Alias de his, qui quærunt felicitatem in bonis huius sæculi, verum illud esse agnoscitur: *Erraverunt in solitudine, in iniquo, & esurientes & sitientes, animarum in ipsis defecit*. Certe cum scriptum sit de Domino: *apud se est fons vite*; si quis alio divertent, non nisi penuriam & sitim aridissimam reperiet, & mortem ipsam. Quocirca dicebat S. Augustinus Tract. 5. in Ioan. *Quoniam apud te est fons vite, & non apud nos, ideo intrare debemus, ut vivamus; non quasi nobis sufficere, ut pereamus; non quasi de nostro velle satiare, ut arescamus: sed os ad ipsum. Fontem ponere, ubi aqua non deficit*.

Inhiemus ergo his, quæ satietatem generant, & sitim extinguunt, ne in æternum fame contingat cruciari. Nostri ebrii & ebriosi iterum sitientes, iterum bibunt, & vomitu remediuntur quod biberunt, rursusque inchoant & inebriantur. Sed tandem sitient æternum, perentque guttam aquæ cum Epulone, & non dabitur eis. Non sciunt autem illi, quos consequitur *Petra illa*; que dat aquam Christi Petra est indeficiens. Bibant de hac spirituali Petra eos sequente, qui non volunt indigere. Nam si cupiditatibus mundi inhaerent, magis sitim irritare inveniuntur, quam satiare: quia non potest falli Christus dicens: *qui biberit ex hac aqua, sitiet iterum. Qui vero biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in æternum. Sed fiet*

in eo fons aque salientis in vitam æternam.

Sed quæritur particularius, quo sensu possit dici: *Spiritus Sancti*, non sitire in æternum, qui gratiam habuerit *etiam* habere Spiritus Sancti? Respondeo inter varias interpretationes duas esse principales. Prima est, ut sit dicatur sensus: *Qui biberit ex aqua Spiritus Sancti, quam non sitiet* Christus dat, nullam in cælo sitim, aut corporis, in æterno aut animæ patietur per totam æternitatem: quia *nam*, aqua gratiæ fiet in eo fons aquæ gloriæ, quæ salit Resp. 1. & scaturit indeficenter in sempiternum, ita ut homo ea potatus in æternum, non possit sitire. Dicitur autem aqua gratiæ fieri fons gloriæ, quia ex gratia emanat gloria. Huic opinioni accedit Rupertus, dum ait: *Aqua, quam Iesus dat, corporis & animi sitim æternam funditur extinguit, ut apud inferos non sitiat ardens, aut ardeat sitiens: sed agno ducere perveniat ad vitæ fontes aquarum, & æternæ beatitudinis haustu cunctam corporis & animæ purgans inopiam, non deficiat omni bono in æternum*. Hæc explicatio etiam trahitur ex S. Augustino hunc locum Tract. 5. in Ioan. quia de fici corporis hic dicit Dominum loqui, quæ in cælo omnino extinguetur.

Altera explicatio solum vult designari hic aquæ Resp. 2. communis & aquæ Spiritus Sancti differentiam; quæ in hoc consistit, quod aqua communis semel gustata, ad tempus tantum sedat sitim, quia concoquitur, & non manet, sed paulatim excernitur & evanescit. At aqua gratiæ, ex se non deficit, sed manet & semper sufficit homini, nisi sponte eam vomat. Gustata ergo, quasi fons jugiter scaturiens hominem reficit, in stomacho animæ vigorem & humorem reficientem refrigerantem, excitans adversus concupiscentias, ut perducatur tandem ad perseverantiam & salutem, live ad vitam æternam. Itaque & in hoc sæculo intelligenda est sufficientiam aliquam dare homini ad extinguendam sitim mortis peccati, quæ perficitur in sæculo futuro, ubi omnis cessabit sitis & prava cupiditas animæ; quam tamen per gratiam superat na Christi homo, etiam hic, licet non sine difficultate. *Insti. aqua peccati mortale, & qui sponte se fici addicit, tradens dicit se cupiditati mortiferæ. Existimamus ergo Samaritanam hac aqua Spiritus Sancti à Domino paratam, non ultra ad cupiditates carnales, quas antea sitiebat, rediisse, nec per peccatum mortale aquam istam vomuisse; sed in ea factam esse hanc aquam fontem salientem in vitam æternam prout ei dicebat Dominus.*

Non ab similibus porro videtur hæc sententia Domini, illi quam pronuntiavit dilectus eius discipulus Ioannes, dum dicit: *Omnia qui natus est ex Deo, non peccat, quia semen ipsius in eo manet, & non potest peccare, quoniam ex Deo natus*. Sensus enim est: Non peccat, quatenus scilicet ex Deo natus est, & quam diu nativitatem hanc & semen gratiæ Deo conservat, quo renatus est, & eiusque ductum sequitur, si ve non potest peccare, quan-

tum est ex parte nativitatē divine, si vim specles gratiæ divini; hæc enim si sinatur operari, & ei non resistat liberum arbitrium, potens est & efficax, ut excludat omne peccatum. Generatio ergo & semen divinum conservat eum, si illi velit attendere & cooperari.

Aqua Spiritus S. quod saliat & ebulliat in vitam æternam. Resp. 1.

Concludamus, & dicamus, aquam gratiæ esse fontem Spiritus Sancti emanentem, saliri in vitam æternam: quia aqua fontis ad tantum ascendere solet fastigium, quantum est altitudo sui principii, sive originis, unde emanat. Cum ergo emanet à Spiritu Sancto, qui Deus est, & vita æterna, recte dicitur salire in vitam æternam, & in Dei usque finem. Quapropter Rupertus lib. 4. in Ioan. ex supra dictis à nobis de hac aqua compendiose nonnulla recolligens, sic dicit: *Quæ est hæc aqua viva, nisi illa quæ in baptismo Christi percipitur gratia Spiritus Sancti? Aqua hæc Spiritus Sanctus est, aqua hæc Deus est. Aqua hæc in corde Dei Patris fons vitæ est, in ore Dei Filii gratia & pacis flumen est, in beatis Angelis torrent gloria est, in electis hominibus inundatio vitæ est. Quæ à quocunque bibatur, ad matrem suam vitæ divinitatis abyssum reflit. Illic, inquam, reflit, unde venit, pariterque bibentis animam, etiam si in infernum descenderit, saltando in vitam æternam sustulit. Et ante quam illuc saliat, Fons in bibente sit, & per sinum cordis, rivus sapientiæ & scientiæ diffundit. Hæc est compendiosa doctrina totius huius aquæ vivæ, Ruperto interprete.*

Resp. 2.

Hoc etiam adjicimus, quod salire & ebullire in vitam æternam, hæc gratiæ aquam recte quisquam dixerit, ex eo quod hæc aqua non stagnans sit, aut torpida & quiesca, sed semper renovatione quadam ascendens, & in corde ascensionem disponens. Sic enim loquitur Viri sancti de hac aqua, inter quos

ant. 4.

Vir eruditus corde in sapientia, & prudens eloquii mystici, sic eloquitur, explicans illud: Fons hortorum, puteus aquarum viventium: Fons est anima devota, quæ manat & fluit, semperque nova oritur, quia semper in Deo renovatur. Fons iste non cessat ebullire, & erumpere ad Dei amorem. Non enim per torporem veterascit, sed perfectissime, & ad plenum semper excrevit. Hæc Richardus de S. Victore, parte 2. cap. 30. Non ablimiliter quidam ex antiquis Scripserunt pietate & doctrina fulgidus Ruricius Episcopus Lemovicenus, l. 2. ep. 32. dicit hanc aquam ideo dici salire, quia qui gratiam Dei se accepisse agnovit, mox in datoris laudem, gratias referens, cor dirigit, sic nempe tanquam aqua Fontis in sublime se refundit. Audi eius verba: Hanc aquam si quis Fidelis non gustat tantum & summo tenus ore libaverit, sed totis animæ visceribus appetens conviva sorberit, proxinus in laudem Dei omnipotentis erumpet, & hoc incipiet rursus, quod biberit. O igitur aqua efficax! O aqua viva! O aqua saliens, & suam repetens originem! O aqua perducens ad vitam æternam!

Pars III. De petiio

Ona sua etiam si Deus dare sit paratus, non solet tamen illa dare, nisi petentibus. Hinc

Christus in Evangelio sæpe monet, ut illa postulemus. Quod si ea non consequimur, signum est quod ardentes illa votis non expecticimus. Hinc & supra dixit huic Samaritanæ: *Si scires donum Dei, & qui tibi dicit: Da mihi bibere, tu forsitan ab eo petisses, & dedisset tibi aquam vivam.* Petitio ergo & oratio est velut Clavis, qua aperitur Fons vivus donorum Dei: immò est velut Fonus, quo hydria cordis nostri demittitur usque ad fontem, ut hausiat & impleatur. Quapropter monet Dominus: *Per quem modo non petitis quicquam in nomine meo petitis, ut gaudium vestrum sit plenum. Adeo medium necessarium est oratio ad acquirenda dona divina, ut & Pater æternus Filium suum illa petere voluerit*

Hinc illud Origenis: *Quasi dogma quoddam est neminem accipere divinum donum ex non querentibus illud: ipsum autem Salvatorem iubet Pater poscere, ut det illi: Postula à me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam.* Huc refert S. Ambrosius, quod Naama Syrus sanitatem à lepra consecutus sit per Eliseum Prophetam, non vero alii Israelitæ, etiam & ipsi leprosi: quia ipse per se venit ad Prophetam, & humiliter remedium postulavit, quod non fecerunt alii leprosi de Israel. Attende verba S. Ambr. lib. 4. in Luc. *Cur non curabat fratres, non sanabat cives, non sanabat Prophetas conforres, cum sanaret alienos, qui observantiam legis & confortium religionis non habebant? Huc interrogatio respondet S. Ambr. Quia voluntas est medicina, non genus; & divinum munus votis eligitur, non natura jure deseritur. Dicit, Christiane, rogare, quod cupis impetrare, justidiosos viros celestium profectus munerum non sequuntur.* Hec Ambr.

Illam porro dona primo & maxime petenda sunt, primo quæ magis nobis sunt necessaria, qualis est hæc petenda aqua viva & vivificans. Multi enim extrinseca petunt sollicitè, & quæ animum concernunt, magis que magis que urgent, negligunt. Duo illi cæci apud Rericho ad Domjovum clamantes imitandi sunt, qui licet essent mendicis, & ostiant panem queritantes, non tamen tunc à Domino vel pecuniam vel cibum postulavit. Quid ergo? Hoc unicuique magno clamore poscunt: *Domine, fac ut operentur oculi nostri.* Nempe hoc erat maxime urgentes, ideoque illud omniis omnibus aliis obnixè rogant. Ad hos non remittit S. Ephrem in Pano- plia spirit. ubi habet: *Considera duos illos cecos, clamantes: Misereere nostri, Fili David. Et quid ad illos Dominus? Quid vultis ut faciam vobis? At illi secundum dolorem & affectum cordis sui petierunt, ut aperirentur sibi oculi. Nunquid petierunt sibi dari aliquid earum rerum quibus vere indigebant? Nunc quid dixerunt: Da nobis vestimentum, quoniam pauperes sumus? Minime vero, sed illud postulavit potius quod magis urgebat. Quapropter, Frater, quæ in omni tempore tibi magis necessaria sunt, eà à Deo postula. Hæc ille.*

Quid vero magis necessarium, quam hæc aqua Samaritanæ, qua anima vivificatur, hinc qua are-

scit & emoritur? Ergo illa ardentem expetenda est, & roto corde. Hanc continuo postulabat S. Theresia, quæ iugiter secum circumferebat imaginem Samaritanæ, cum hac subscriptione: *DOMINE, DA MIHI HANC AQUAM.* In illam ergo imaginem & subscriptionem oculis mentis intendens, magna devotione ferebatur ad hanc aquam, magno ardore stimulabatur ad eam petendam. Nec mirum, ejus enim moverat virtutem, ejus experta erat suavitatem; sciebatque quod vel una gutta illius omnem posset dulcorare amaritudinem. Vna enim stilla ipsius lapides torrentis Stephano facit dulces. Vna gutta in Laurentio incendium vertit in refrigerium. Vna gutta in Andrea atrox crucis supplicium transmittit in gaudium. Vna stilla Petrum rapit & incendit, ita ut in clamat: *Domine, bonum est nos hic esse.* Omnes hi aqua Spiritus Sancti saliente in vitam æternam potari sunt, ideo omnium obliti, non nisi ad illam respirant. Sic & in aliis stilla una ejusdem aquæ sua efficaciam & virtutem omnem extinxit sicut mundanæ. An non in Magdalena exstinguit sicut carnalis concupiscentiæ? An non in Marthæ sicut avaritiæ? An non in Paulo sicut superbæ & mundanæ gloriæ? An non in Apollolis amorem proprium & propriæ familiæ? Nempe hi ubi gustarunt saporem divinæ gratiæ, omnia reliquerunt, & fontem secuti sunt, obliti parentum, obliti domesticæ curæ, obliti familiæ & utilitatis propriæ ita ut eis penitus excinda sit omnis sitis mundi.

Exstimulatio ad hanc aquam Samaritanam petendam. Vos quisque igitur nostrum merito potest dicere, (& utinam cum assensu dicat) *DOMINE, DA MIHI HANC AQUAM.* O quam necessaria est aqua ista!

Domine, da mihi hanc aquam, quandoquidem abluendi & purificandi vim habet; ego enim multis inquinamentis sordens.

Da mihi hanc aquam, ut germinet anima mea; quæ est licet terra line aqua tibi.

Da mihi hanc aquam, quandoquidem sitim extinguit, & ignem virulentum amoris sæculi, cupiditatem avaritiæ, concupiscentiam luxuriæ, flammam superbæ. His enim omnibus obnoxius sum; & cæcæ ac arefeci anima mea.

Da mihi hanc, Domine, aquam, quandoquidem saliat in vitam æternam; ut desideria mea per hanc eleventur ad cælestia, quæ reputantur in terra.

Da mihi hanc aquam, quandoquidem suavis sit, ut tollatur amaritudo & falsedo conscientiæ meæ.

Da mihi, Domine, hanc aquam, quandoquidem fortis sit & rubor conferat, ut ejus auxilio labores valeam tolerare, nec succumbere sub onere.

Da mihi hanc aquam, quandoquidem viva est, ut per illam tecum in hoc sæculo valeam vivere.

Domine, da mihi hanc aquam, aquam compunctionis in Sacramento Pœnitentiæ.

Da mihi hanc aquam, aquam devotionis in Sacramento Eucharistiæ.

Da mihi hanc aquam, aquam sapientiæ in veritatis contemplatione.

Da mihi hanc aquam, aquam stillicidii cælestis in oratione.

Da mihi hanc aquam, aquam consolationis in tribulatione.

Da mihi hanc aquam, aquam salutis & perseverantiæ in æterna prædestinatione.

Domine, da mihi hanc aquam, cum continuatione fluentem; donec peringat ad suam originem, ad te fontem vitæ æternæ in æterna beatitudine. Ibi non amplius biberit ut modo per stillas aut rivulos, aut in mensura & hydria; sed correns torus in electos inundabit, & redundabit pleno corde, plena mente, pleno toto homine, dum interim reprobis cum purgato divite in æternum anxii modicam guttam aquæ hujus postulabunt.

LECTIO VI. TRIPARTITA.

Vade, voca virum tuum, & veni huc. Respondit mulier: Non habeo virum.

Mulier hæc necdum perfecte percepit aquam PARS I. Promissam, quandoquidem utilitate *Cur Christi- sus mulie- ri vivum suum vocare præceperit.* quadam temporis inducta videatur illam petere, dum dicit: *Domine, da mihi hanc aquam, ut non sitiam, neque veniam huc haurire.* Imò aliqui putant ironice hoc dixisse. Sed tenendum est, eam invitate & sincere hanc aquam petisse. Quamvis imperfecta adhuc in ea esset fides, imperfectus intellectus & affectus; illustrata tamen initiali quodam lumine divino, credidit Christum posse meliorem aquam dare, quam puteus contineret, ideoque majorem esse Patriarcha Jacob. Credula ergo & confisa verbis Christi sincero affectu, quamvis imperfecto, aquam illam promissam petiit. Christus autem paulatim elevat ejus intellectum, elevat & desiderium, illudque adimplet, dando ei aquam vivam, hoc enim infundendo ei doctrinam fidei, remissionem peccati gratiam Spiritus Sancti.

Hanc tamen non vult ei dare, nisi prius evomat aquam mortuam & putridam peccati, per aspersionem conscientie & confessionem sinceram vitæ præteritæ. Nempe non se compariuntur aqua hæc viva, & aqua puris conscientie turbidæ: non plusquam mors & vita, lumen & tenebræ: *Quæ conventio lucis ad tenebras? Quæ societas Christi & Belial? Quis consensus templo Dei & idolo?* Debet ergo prius Samaritis ista purgare cor suum ab omni idolo luxuriæ & cupidinis, ut fiat templum divinitatis & puritatis. Debet disrumpere omnem societatem cum Belial, ut Christo possit conventionem inire. Debet fugare tenebras, ut lux valeat intrare. Debet purgare fores inferni, ut locum habeat apud se odori ecc. 3. Paradis

Paradisi, Debet evacuare hydriam suam à putido liquore, si vult haurire limpida aquam fontis vitæ. Audi S. August. *Si habitat in te amor mundi, non est quo intret amor Dei. Tu infatigabilis es: si plenus es, unde quod habes, ut recipias quod non habes: effunde amorem sæculi, ut implearis amore Dei.*

Christus viram vocare precipit mulieri, ut illi peccatum suum agnoscat.

Vt igitur per agnitionem sinceram peccatum suum evomat hæc mulier, dicit ei Dominus: *Voca virum tuum.* Vtitur hic Christus pallio honestatis, quasi non deceat grande aliquod donum mulierem recipere in absentia viri, sicuti nec alii dare: convenit enim, ut viri dona uxoris facta agnoscant, & illorum fiant participes. Vnde nimia hic libertate utuntur uxores quædam, dum inficis viris multa largiuntur, aut in particulari sibi afferant, quæ communia bona esse deberent. Quapropter specialem Theologi quæstionem, quæ donationes possint fieri ab uxore sine assensu viri De qua te videri potest Lessius, & alii Theologi.

Vir & vir ad aquam gratie perducatur. Exempla sic adducuntur.

Simul etiam hic insinuare videtur Dominus, quod mulier adducere debeat virum ad aquam gratiæ, hoc est ad fidem & pietatem, ad Dei timorem & amorem, si ei prius aqua ista fuerit oblata. Sic S. Natalia, agnoscens donum Dei, adducit S. Adrianum ad calicem martyrii. Sic Cloridis Regina adducit Clodovæum ad veritatem fidei: Sic Cæcilia adducit Valerianum sponsum ad fontem vitæ & castitatis. Sic S. Elisabetha, Portugaliæ Regina, convertit maritum suum, & ad Christum adduxit per pœnitentiam. Sic S. Monica, Mater Augustini, non solum filium adduxit ad aquam vivam, sed & virum suum, atque infidelem & durum.

Potissimum virum vocare jubetur ut ad confessionem peccati sui deveniat.

Potissimum vero interdebatur Christus, dum dicit: *Voca virum tuum*, eam commonefacere suæ turpitudinis, & ad humilem illius confessionem adducere, ut remedio esset locus. Nempe, tanquam sapiens Medicus, volens eam sanare, causam morbi tacite ei insinuat, ut agnoscendo illam, iam disponatur ad sanitatem. Scit ipsam non habere virum, sed adulterum. Scit quod gravi carnis peccato oppressa & execrata teneatur, ita ut subvari debeat, & oculi aperiendi sint, ut luminis capax fiat. Hanc ergo cæcietatem in memoriam ei revocat, ut se ipsam ad se ipsam reflectat, & convertatur ad cor, ingenuè que fateatur culpam, & revertatur per pœnitentiam. Sed attende, quanta cum prudentia & suavitate se hic Christus gerat: non enim arguit, non exprobrat, non irvehitur contra eam gravioribus verbis, non adulteram vocat aut fornicatorem: sed magna cum lenitate ejus peccatum explorat, ac deinde modeste manifestat, tandemque peccati elicit confessionem necessariam. Hæc nimirum est ars sapientiæ divinæ, ac benignitatis ejus erga peccatores, quos ad pœnitentiam vocat & sui agnitionem.

Magna Christi erga Samaritanam pœnitentiam præcipit, ut a peccatis surgat primos patres.

An non se leniter gerit erga primos patres, dum suam post grave peccatum eis miseriam re-

presentat his verbis: *Adam ubi es? Quasi dicitur: Vide, ex quo statu cecideris, & in quam abyssum miseriam per peccatum dejeceris. Vbi eras & Adam, per gratiam meam? Vbi vero nunc es, per culpam tuam? Agnosce & revertere. Nihil hic acerbissimis exprimit Deus.*

An non se etiam leniter gerit erga parricidam Cain, ut eum ad peccati confessionem inducat? *bi est frater tuus? Clamabat in cœlum ejus peccatum, & Dominus adhuc eum lenitate cum alloquitur, ut agnoscat reatum.*

An non se cum suavitate gerit erga Davidem, cum ei Prophetam Nathan mittit, qui per parabolam ovis eum ad noctiam peccati sui gravissimi perducatur?

An non & cum Iuda proditore omni agni benignitate, ut suum fateatur crimen? *Quid illis verbis dam suavius, Iuda, osculo Filium hominum tradis? Admonet eum per ipsam nominis appellationem, inquit Cyrillus, Hierosolym. Catechesi 2. Iudas enim idem est quod confessio. Ac ita idem hic est, ac si dicitur: intellige, & Iuda, accepisti argentum, cito confitere, Nempe Christus Dominus, tanquam clemens Medicus non vult primo ægros suos vexare ferro aut incisione, sed condescendens eorum infirmitati, utitur leniori remedio. Hac ratione docet eos qui animarum curam gerunt, uti prudentia & suavitate cum peccantibus, quos etiam monet Apostolus his verbis: *Si quis preoccupatus fuerit in aliquo delicto, instruite in spiritu lenitatis.* Sic nimirum. *Callamum quassatum non conserent, & linum fumigans non exstinguent.* Quare, quod Apostolus dicit, *instruite, significanter lectio Græca habet, instaurate & redintegrate, sive restituite.* Sic enim ut restaurantur membra, hominis lapsa laxata, mollior tractanda sunt; ita & membra Christi, ut restituantur & gratiæ vitam iterum participant, lenientur, ut plurimum, tractatione.*

Quem perditam non duris tractat verberibus, aut verbis, Pastor bonus. Non exasperat, nec eam exasperat, dum in silvis reperit; sed suaviter humeris imponit, & ad gregem reportat. Evangelicus quoque Pater Filium suum, qui totam decoxerat substantiam, non multis fatigat verbis, nec multis sermonibus asperioribus de substantia dissipata interrogat: sed ubi mox agnoscat reatum, & revertitur, læto amplexu suscipit. Non exprobrantur ei facinoræ præterite, non expehas, aut luxuria; sed confessio & reversio omnia compensat damna. His ergo omnibus significatur, quod Deus non soles offerre peccantibus primum quod austerum est, sed quod gratum est, ac placidum. A beneficiis ducit initium, & præfeminat gratiam, ut locum det confessioni: quod patet in hac Samaritana, & in toto cum ea Domini colloquio.

Hinc est quod aliz mulieres, aut animæ peccatrices, non desperant, sed exemplo hujus Samaritanæ in spem eriguntur, dum intuentur Dominum ita

*Samaritana in spem erigitur. In spem e-
recta Pelagia.*

ita benigne eam alloquentem, & ad agnitionem peccati adducentem tanta cum suavitate, Exemplum habes in Pelagia, post varia carnis flagitia reverente ad Deum & cor suum. Sic enim S. Nonnum Episcopum per litteras alloquitur: *Audivi de Deo tuo, quod veneris non propter justos, sed peccatores, quodque cum illis conversatus sis. Et tu, mi Domine, qui multa praeclara es sanxitate, & sic corporeis oculis non vidisti Christum, qui meretrici SAMARITANAE se humanissimum exhibuit apud puteum: attamen verum illius cultor diceris. Non ergo me despicias, per Te cupientem venire in conspectum Salvatoris, & illius sanctissimam faciem intueri. Ita tradit Iacobus Diaconus Heliopolcos, qui praesens fuit. Surius ex eo 8. Octobr. in vita S. Pelagiz.*

PARS II.

*De respon-
so mulieris.
Non habeo
virum.
Peccatum
tegere ni-
siur.*

Ut se apud hominem miscere duntaxat colloquia, ideoque muliebri pudore dissimulat turpitudinem; negat matrimonium, obtegit adulterium. Sic vero satis ostendit, se nondum satis intelligere, quo hinc Christus dixerit: *Voca virum.* Nempe nihil difficilius extorqueri potest ab homine, quam ingenua confessio delictorum. Nisi obstricente manu prudentis viri educatur coluber tortuosus peccati, qui involvit animae praecordia, semper latebit virus spargens, & vitam animae necans. Contingit plerumque quod his, quos adjuvare volumus, & adducere ad peccati latentis confessionem, ad excusandas excusationes in peccatis tora sese industria convertant, sicque peccatum peccato superaddant.

Adam & Eva volendo peccatum tegere, illud aggravarunt.

Adam & Eva, dum excusationem quaerunt in peccato suo, magis provocant iram Dei. Audi S. Gregorium: *Hoc Adam & Eva requisit fuerant, ut peccatum quod transgrediendo commiserant, confitendo delerent. At maluit se excusare Adam, quam accusare: ideo sententiam damnationis in posterum misit. Existimat S. Gregorius, si libere Adam culpam confessus fuisset, restitueretur in pristinum statum. Vide eum in Psal. 2. Penitent. & lib. 9. Moral. dum illud explicat: *Si abscondis, ut homo, peccatum meum. Idem insinuat S. Augustinus serm. 3. de annunc. & Bernardus l. de praecip. & dispens. Quicquid ea de re sit, hoc solum hic dicimus, Adamum & Evam peccatum suum aggravasse, volendo tegere vel excusare.**

Job. 31.

Hae Samaritana, Adae filia, instar marris suae folia quaerit & perizomata, quibus obtegit nuditatem, & se castam Christo persuadere velle videtur, quasi quae thoro non utatur, nec viro. Huic profecto non ab similes sunt multae mulieres, quae eidem culpae sunt obnoxiae, & tamen in confessionis Sacramento turpitudinem suam coarctant tegere, etiam interrogante Sacerdote, qui Christi vices gerit. Nec vero alia intentione interrogantur a Sacerdote, quam ut fontis vivifici aqua eas potet & emaculet, si voluerint reatum agnoscere & fateri. Procul ergo à confessione folia, procul praetextus & perizomata, siquam hanc

potare desideras. Nec dicas, sicut mulier illa impura, quae postquam comedit tergens os suum, dicit: *Non sum operata malum.* Ille qui dicit per Prophetam: *Ego sum, ego vidi*, iudicio contendet tecum, & coram oculis tuis ponet peccata tua quae ob oculis eius abscondere voluisti: *Arguam te, & statuum contra faciem tuam, ait ipse.* Imò coram oculis teoies orbis ponet quae in abscondito fecisti, quia scrutabitur Jerusalem in lucernis, & nihil tunc occultum remanebit, quod non reveletur. De Confessione multa hic opportuna dici possunt ex his quae tractavimus in Candelabrum. Tract. 5. Lect. 7. & aliis.

Quaerunt interpretes, an hi priores viri legitimi fuerint, an vero adulteri? S. Irenaeus De replica l. 3. c. 19. opinatur non fuisse legitimos. Quod confirmari potest ex eo, quod si legitimi viri fuissent, benedixisset nihil ei occultum Christus detegere censeretur: *Non habeo nec videtur Samaritana hae occasionem habere dicendi: Venite, & videte hominem, qui dixit mihi omnia quaecumque feci, hoc est, omnia mihi peccata mea patefecit. Favere videtur S. Hieronymus Epist. ad Rusticum, ubi ait: *Quid Samaritana vilis non sola ipsa creditis, sed post sex viros invenit Dominum?* His verbis videtur insinuare hos viros sex illegitimos fuisse, cum quibus non potest ipsa Domino conjungi, sive eius gratiam invenire. Imò ulterius dicere videtur S. Chrysostomus in Psal. 13. hanc Samaritanam simul illos adulteros habuisse. Quod si vera esset S. Irenaeus aut Chrysostomi sententia, tanto magis Christi gratia resurgeret, hanc Samaritanam cum tot viris adulterantem converterentis.*

Sed communior est Doctorum opinio, legitimos fuisse priores quinque viros, hunc autem sextum esse adulterum. Et favet Textus Evangeliciorum, dicens: *Quinque viros habuisti, & nunc quem pinio, habes, non est tuus vir.* Hae enim loquendi formulae indicat, quod reliqui fuerint sui. Quo latius explicat Achanasius ad Antiochum q. 58. ubi dicit quod hae mulier juxta Samaritanorum legem quinque viros habuit, mortuique jam erant; postea vero scortabatur: nemo liquidem cum ea legitima uxore cohabitare volebat. Illa vero cum concupiscentiam suam refragare non posset, occulte detinebat hunc, qui non erat legitimus maritus. Censet itaque S. Achanasius legem Samaritanorum prohibuisse sextas nuptias. Sic S. Basiliius Epist. ad Amphiloichian 8. videtur damnare quintas & sextas & septimas & ultiores nuptias: sed intelligendus est, non quasi velit dicere non esse nuptias quae trimonia, sed noram esse & argumentum incontinentiae in contrahentibus. Scimus enim quod quibusdam Ecclesia non prohibeat tales nuptias. Quia viderunt praesens hae nuptiae, ultra primas, aliquam incontinentiam, nisi specialis causa urgeat; ideo etiam antiquitus Patres imponebant aliquam penitentiam bigamis & trigamis, quamvis agnosce-

PARS III.

De replica

Christi:

Benedixisset

nihil ei occultum

Christus detegere

censeretur:

Non habeo

nec videtur

Samaritana

hae occasionem

habere

dicendi:

Venite, &

videte hominem,

qui dixit

mihi omnia

quaecumque

fecit, hoc est,

omnia mihi

peccata mea

patefecit.

Favere videtur

S. Hieronymus

Epist. ad Rusticum,

ubi ait: *Quid**Samaritana**vilis non sola**ipsa creditis,**sed post sex**viros invenit**Dominum?*

His verbis

videtur insinuare

hos viros sex

illegitimos fuisse,

cum quibus non

potest ipsa

Domino conjungi,

sive eius gratiam

invenire. Imò

ulterius dicere

videtur S. Chryso-

stomus in Psal. 13.

hanc Samaritanam

simul illos

adulteros habuisse.

Quod si vera

esset S. Irenaeus

aut Chrysostomi

sententia, tanto

magis Christi

gratia resurgeret,

hanc Samaritanam

cum tot viris

adulterantem

converterentis.

Sed communior

est Doctorum

opinio, legitimos

fuisse priores

quinque viros,

hunc autem se-

xtum esse adul-

terum. Et favet

Textus Evangeliciorum,

dicens: *Quin-**que viros habu-**isti, & nunc quem**pinio, habes,**non est tuus**vir.* Hae enim

loquendi formulae

indicat, quod

reliqui fuerint

sui. Quo latius

explicat Achanasius

ad Antiochum q. 58.

ubi dicit quod

haec mulier juxta

Samaritanorum

legem quinque

viros habuit,

mortuique jam

erant; postea

vero scortabatur:

nemo liquidem

cum ea legitima

uxore cohabitare

volebat. Illa

vero cum

concupiscentiam

suum refragare

non posset,

occulte detinebat

hunc, qui non

erat legitimus

maritus. Censet

itaque S. Achanasius

legem Samaritanorum

prohibuisse sextas

nuptias. Sic S. Basiliius

Epist. ad Amphiloichian 8.

videtur damnare

quintas & sextas

& septimas & ultiores

nuptias: sed intelligendus

est, non quasi velit

dicere non esse

nuptias quae

trimonia, sed noram

esse & argumentum

incontinentiae in

contrahentibus. Scimus

enim quod quibusdam

Ecclesia non prohibeat

tales nuptias. Quia

viderunt praesens

haec nuptiae, ultra

primas, aliquam

incontinentiam, nisi

specialis causa urgeat;

ideo etiam antiquitus

Patres imponebant

aliquam penitentiam

bigamis & trigamis,

quamvis agnosce-

Tertullianus secundus nuptias dicitur reprobat

agnoscerent subsistere matrimonium. Reprobatur vero Tertullianus, & liber ejus de Monogamia, ubi damnat secundas nuptias. Nec quicquam ei favent hæc Christi verba, quia potius videtur approbare quinque viros ejus tanquam legitimos, id fuit, vel quia lege Samaritanorum prohibitum erat sextas inire nuptias, ut vult S. Athanasius: vel certe cum hoc sexto nuptias non celebraverat, contenta cum in clandestinum scortatorum habere.

Nota 1. Viduitas si propter Christum retinetur, summe meritoria est.

Adverte igitur primo, viduitatem longe præferendam ex se ulterioribus nuptiis; & si propter Christum status viduitatis retineatur, esse maxime meritorium. De quo late disserui in Candelab. Myst. Tract. 8. Lect. 16. Atque ex ibidem distis licet hic excurrere in laudem viduitatis.

Nota 3. Dei oculus adulterii specialiter respicit.

Adverte secundo, Dei oculum, iudicis & Vindicis, specialiter inspicere fornicarias & adulterinas illas conjunctiones, quos nonnulli vel in tenebris, vel inter domesticos parietes, remoris omnibus arbitris, putant esse occultas. Oculus adulteri observat caliginem; sed coram divino oculo nihil est caliginosum, nihil velatum. Quapropter apud Sapientem cum diceret quidam Mœchus: *Oculus meus videt: Tenebra circumdant me, & paries cooperiunt me.* Respondit: *Et non intelligi, quoniam omnia videt oculus illius, quoniam repellit a se timorem Dei hujusmodi hominis timor, & oculi hominum timentes illum.* Quali dicat: Oculi adulteri solum timent oculos hominum, & non oculum Dei, ideoque ejus timorem expellunt. Adde illic Sapiens: *Et non cognovit quoniam oculi Domini multo plus lucidiores sunt super Solem, circumspicientes omnes vias hominum, & corda inucentes in absconditis partibus.* Non ergo ejus oculos abdita locorum, non parietum supra secludunt, cui pervium est omne solidum, & apertum omne secretum; cui obscura clarent, muta respondent, silentium confitentur, sine voce mens loquitur.

Apopht. Tria observanda ut quis non peccet.

Quapropter Apophthegma est antiquum: Tria servanda tibi sunt, ut nunquam pecces: Primum, ut attendas Oculum omnia videntem. Secundum, ut attendas Aures, cui nec ipsum tacet silentium. Tertium, ut attendas Librum scientiæ, in quo omnia opera tua sunt exarata.

Nota 3. Mœchorum peccata Deus observat.

Qui hæc non attendit, verè potest dicere: *Tenebra circumdant me*, nisi enim in tenebris esset ejus animus, abjecto Dei timore non observaret tenebras & caliginem. Nisi caligaret pars rationalis in ipso, non tam licenter rueret in sensuales & brutales spurcicias in conspectu divini oculi, qui lucidissimus est super Solem, qui in ejus peccatum cum voluerit, propalare potest & plectere.

Adverte ergo tertio, ideo à nobis dictum quod hæc peccata occulta Mœchorum Deus soleat specialiter inspicere, quia soler & illa tandem in poenam eorum propalare. Quamobrem cum David peccasset absconditè cum Bersabec, mox ejus

peccatum propalatur per Nathan Prophetam, & dicitur ei à Domino: *Ecce ego suscitabo super te matrem de domo tua, & tollam uxores tuas in oculis tuis, & dabo proximo tuo, & dormies cum uxoris tuis in oculis Solis hujus.* Tu enim fecisti absconditè, ego autem faciam verbum istud in conspectu omnis Israel, & in conspectu Solis. Non diu occultum, nec diu voluit inultum Deus peccatum Davidis, quod tot ad inventionibus conatus fuerat occultare, dum Viam ejus maritum revocato exercitu, exhilarat & inebriat, ut in domum remittat, ut cum uxore concumbat, eique foetus adscribatur, & adulterium lateat.

Sic uxor Putipharis, parata thorum maritalem violare, sæpe in abscondito & furtivè castum Joseph sollicitat, & quodammodo cogit ad contaminationem. At ille amantis faces non excipit, & lenocinantis vincula dispicit, relicto etiam in manibus ejus pallio, dicebatque: *Quomodo possum hoc facere tibi? Va scilicet hero meo in infidus & injustus! Et quomodo possum peccare in Deum meum?* Nempe propè noverat illud monitum S. Ambrosii, lib. de Abraham cap. 2. *Nemo alienum afficit thorum, non latendi sperat faciendū impunitate, nec mariti absentia provocetur. Adeff. Presul conjugii Deus, quem nihil latet, nullus evadit. Nemo irridat vicem absconditi mariti, servat ex cubiculis Deus maritum si se feceris, eum non faller. si evaseris iudicem forti, non evades iudicem mundi. Ille gravium ultio tenetur, major enim est injuria auctorem quam custodem thalami sprevisse.* Hæc non attendebat procaz illa mulier, putans latere, sed tandem Deus innocentiam Joseph declaravit, mulieris autem impudicitiam & salacitatem propalavit.

Sic & Senes, in veterari dierum malorum, castam Susannam in abscondito pomarii ad absconditam libidinem provocare non verentur, putantes latere, & id inultum fore. Sed ipsæ arbores feculus propalarunt, dum separantur, & singulari in introgatur de loco flagitii, quod impingebat Susannæ innocuæ: *Susanna non se apud Daniele m iudicem verborum ratione defendit, non patrio iudicem tutata est: sed in sancta femina acente lingua, castitas pro ea loquebat ur, & que eam defendit in hortis, etiam affuit in iudicio: tibi ne pudicitia macularetur, hic ne innocentia damnetur, inquit S. Ambrosius, ferm. 49. Voluit ergo castitatem non periclitari, sed electo Daniele, casto & virgine, ut esset arbiter, voluit senu impudicitiam propalari, & eos plecti ipsarum mutarum arborum iudicio.*

Si hæc Samaritana aliquamdiu vixerat in adulterio, sive fornicariis amplexibus, putabatur se latere. Probatu furtivis voluptatibus libidinosæ aquis in abscondito, quasi delicias, arque illud meretricium in proverbis, videbatur usurpare, aut approbare: *Aque furtivæ dulciores sunt, & panis absconditus suavior.* Inveniebat cum Anate aquas calidas in solitudine, quibus incubabat cum fervore

ferore passionis suae. Sed Dominus in bonum voluit ejus absconsa facinora propalare, & abstrusa in lucem producere, ut scilicet eam potaret salubriter & suaviori aqua, non in abscondito tantum solitudinis, sed etiam in propatulo civitatis, postquam scilicet veterem aquam per confessionem evomerit, & destituta fuerit per compunctionem. Atque ideo dicit: *Bene dixisti, virum non habeo, non enim est vir tuus, &c.* Quasi dicat: Nam bonae confessionis initium fecisti, si recte intelligis, dum dixisti Virum non habere; & hoc enim verum est, quandoquidem legitimum non habes Virum. Et ideo dixisti bene, quia confiteri est bene dicere, quandoquidem est Deo gloriam dare. Sed solum inchoasti bene, perge melius & optime, da gloriam Deo perfecte, agnoscendo & farendo delictum tuum statum in crimine; quia & mihi latere non potes, cum sciam te quinque viros habuisse, & nunc quem habes tuum non esse.

Recte S. Augustinus lib. 10. Confess. suarum sic Deum alloquitur, ut peccatores omnes ad veritatem excitet confessionis: *Tibi quidem, Domine, confiteor, cuius oculis nuda est abyssus humanae conscientiae, quid occultum esset in me, si nolum confiteri Tibi? Te mihi absconderem, non me Tibi. Tibi manifestus sum, quicumque sum; sed quia tu veritatem dixisti, & qui facit eam, venit ad lucem, volo eam facere in corde meo coram te in confessione: in silentio autem meo coram malis testibus.* Hae S. August.

Non absimiliter haec mulier dixit Christi verbis commota, videns suum facinus non esse absconditum, propria etiam conscientia arguente, incipit fateri se non habere virum: nec jam ultra excusationem quaerit, quin potius ex agnitione peccata in ea oritur sitis aquae novae, gratiae scilicet & iustitiae. Itaque, non indignatur Christo, quod eam confuderit arguens & manifestans que erant in occulto, sed id fieri censet iusto Dei iudicio. Non ergo se opposuit verbis superioribus, aut minis acerbis, ut mos habet mulierum, cum earum vita tanguntur vel à longè: non etiam fugit ab eo dedignabunda, tamquam à ludæo, quem odii in suam gentem Samaritanam poterat insinulare, & dicere ex illa odii radice in se dicta promanare. Nempe ultra hoc Christi testimonium de vita sua praeterita, testem habeat conscientiam propriam; quam Christus suis excitat in ipsa verbis, quamque nunquam poterat effugere, quocumque fugerit. Melius ergo iudicare se convertere ad Medicum, & ejus implorare remedium, quam hiantia adhuc vulnera velle abscondere & perire. Satis existimat sitim suam cruciantem prodere, quam defectu hujusque vitae semper alterationem pati, & aeternum sitire. Expedientius ei fuit verum conscientiam corrodentem, & colubum eam tortuose involentem hanc salubri aqua extinguere & primere, quam cum semper sentire, & alio corde velle abscondere & premere.

Hanc igitur Samaritanam imitentur omnes
Vitis florifera

peccatores. Si quandoque contingat infortunata, quae putabant occulta, manifestari non indignentur, non irascantur, nisi contra se, quia hoc Dei iusto contingit iudicio. Confundantur potius, & compungantur salubriter, demisso superbiae supercilio, dicantque: *Bonum mihi quia bene dixisti: Rursum dicat cum Propheta: Iras michi Domini portabo, quod peccavi ei, donec iudicet iudicium meum.* Expungantur, & educantur in lucem virtutum conscientiae verum, qui laet absconditus, si aequae virtutem desiderant perfentescere, & quietem invenire. Alloqui inanis est omnia aqua, omnis consolatio, omnis devotio, omnis oratio, omnis celestis influxus communicatio, nisi praevia confessione, & peccatorum compunctione, ac expunctione.

LECTIO VII. BIPARTITA.

Domine, ut video, Propheta es tu.

Facile est advertere ex verbis Samaritanae, quomodo paulatim proficiat ex Christi colloquio in fide & lumine. Quem enim primò Iudæum vocavit, mox Dominum nominat; nunc Prophetam titulo honorat, denique postmodum Messiam esse agnoscit. Potest Deus animam subito si voluerit, erudire perfectissimè, quod aliquibus electis contingit speciali favore, quia ad perfectissimam scientiam salutis, perfectissimamque amoris gradum, sine mora aut eruditione longa profecti fuerit Sic Magdalena, sic Paulus, & alii nonnulli in novo Testamento; sic & aliqui Prophetarum veteri. Quam obrem dicebat S. Gregorius hom. 30. in Evang. *Eccè oculus fidei Davidem, Amos, Danielem, Petrum, Paulum, Matthaeum intueor, & S. Spiritum, qualis sit artifex confidero. Implet namque Davidem, Cytheream puerum, & Psalmistam fecit. Implet Pastorem armentarium, Pastorem Sycomoros vellentem, & prophetem facit. Implet abstinentem puerum, & Indicem Senum facit. Implet piscatorem, & predicatorem facit. Implet persecutorem, & Doctorem Gentium facit. Implet Publicanum, & Evangelistam facit. O qualis artifex iste Spiritus, nulli ad discendum morè agit in omne quod voluerit: Mox enim ut tetigerit mentem, docet; solamque tetigisse, docuisse est. Sic Christus ad gustum aquae vitae animas quasdam subito sine mora perducit, nihil minus cogitantes, easque potat uberrimè. Hanc tamè Samaritanam rudem paulatim voluit allicere, & longo satis ultro citroque colloquio quasi gradatim erudire & illustrare.*

Similiter discipulos euntes in Emaus non statim fidei & amoris perfecto complet lumine & ardore: sed toto itinere eis aperit Scripturas ad credendum tardis corde, & initiales quasdam jactit scintillas cordibus eorum, ob quas dicebant ad invicem: *Nonne cor nostrum erat ardens in nobis, dum loqueretur in vial?* Tandem verò perducit eos ad perfectum.

fff

perfe-

Emaus
Luc. 24.

¶ 19

perfectam sui notitiam & amorem in hospicio, per panis fractionem: *Cogno verum in fractione panis.* Ipse ergo partim incinerare à Christo, partim apud fontem instructi sunt de aqua viva fidei & spei, ab eo quem reputabant peregrinum: *Est enim, teste S. Hieronymo de locis Hebræicis & Zozomeno l. 5, hist. c. 20. Fons quidam salutaris variis morbis propè Emaus, ad quem divertit Christus cum Cleopha incidens, dum simulavit se ut peregrinum ad alterum pagum contendere. Ibi que lavasse fertur pedes suos; dum interim salutaribus verbis lavaret infidelitatem discipulorum illorum duorum secum tunc incidentium. Et pedes quidem lavit, hoc est, affectus eorum, ut fierent capaces latentis mysterii in fractione panis, dum cum exceperint hospicio. Sic & Samaritana nostra instructa fuit sermone Domini (in via juxta fontem) de virtute aque vive, agnovitque eum esse Prophetam, ac etiam tandem esse Messiam. Sed tamen postea adhuc plenius illuminatam fuisse non ambigimus dum Christus ingressus est civitatem & hospicio benigne exceptus, bi duo ibi comoratus est. Absque dubio enim propter instructionem Samaritanorum commoratur per biduum, & ad ejus pedes sedens hæc Mulier docentis pendebat ore, instillatius Magdalenæ.*

Eunuchus
regina
Ethiopyum.
Act. 8. 14.
33.

Sic & Eunuchus Candacis Reginae Aethiopyum, in via illustratur fidei luce, non tamen subito, sed quasi pedetentim & gradatim. Primò enim legebat cum gustu aliquo Isaiam Prophetam, & inciderat in locum, ubi de Domine passione agitur, quomodo tamquam ovis ad occisionem ductus fuerit. Sed hæc non intelligebat, caligo & obscuritas adhuc velabat oculos ejus. Venit Philippus cælitus ad eum destinatus, & interrogatque eum: *Putas intelligis quæ legis? Cui ipse quomodo possum, si non aliquis ostenderit mihi? Iubetur ergo Philippus ascendere currum, & incipit ei longo & sublimi sermone evangelizare Christum. Hærebat Eunuchus, percussus tantæ rei novitate, & sublimitate, sed tandem Dominus supernè cor ejus intrâs, illustrat mentem, & jubar rationi infundit, detegit occulta, fugat caliginem. Quid ultra; Pervenit ad fontem, & humiliter ac modestè petit baptismum: *Ecce aqua quæ me prohibet baptizari? Respondetur ei: credis ex toto corde, licet. Subiungit ipse: Credo Filium Dei esse Iesum Christum. Sic tandem Baptismum suscipit, & exinde aqua illa vocata est Fons Ethiopyæ, de quo sic scribunt, Terreg sanctæ Descriptores: Fons Ethiopyæ est in medio itinere, quo itur ad Ierusalem in Gazam, ad radices montis ebulliens, & eadem qua gignitur, sorbetur humo, in quo Philippus Eunuchum Ethiopyem baptizavit, qui dum in curru veteris testamentum relegeret, Fontem reperit Evangelii. Ita ex S. Hieronymo Andrichomius in descript. Tribus Dan.**

Tres fontes
ob memoriam
conversionis.

Sic tres Fontes illustres fiunt ob memoriam conversionis & illustrationis specialis apud eos factæ, Fons Samaritana, Fons Emaus, Fons Ethiopyæ. Apud quos Fontes, admirabili digito Dei, &

mutatione dexteræ Excelli, factum est ut mulier, quæ instar Fardi varietata erat, mutaret varietates suas; & Ethiops mutaret pellem, ac elueret nigredinem suam; fluctuantisque instar quæ discipuli acciperent firmitatem. O Fontes honore & memoriâ digni!

quorumque
iustitiam
terram, 13.

Ceterum mulier hæc Samaritana ideo Christum agnoscit Prophetam, quia occulta sua ab eo cognoscit. Vnde illa verba attendenda sunt: *Domine, video quia Propheta es tu, id est, ex ipso effectu cognosco te Prophetam, quia occulta mea veritatis auctorem honore afficit, testificans non solum quod veritatem dixerit, sed simul quod ex Spiritu divino locutus sit: Ergo & in hoc ostendit saluris argumentum, quod correctionem accepit humiliter, & veritatem agnoscat cum sinceritate. Nam è contra damnationis est indicium, & correctionem contemnere, & veritati rebellem esse: *Odioso correctionem, vestigium est peccatorum, inquit Sapiens. Hoc est, quisquis non vult corrigi, aut ubi peccata sua manifestari, vult inhæreere viis & vestigiis peccati & peccatoris; & per ea ambulare animo obfirmato; quod quidem vestigium est & argumentum pessimi & consummati peccatoris. Sive, ut dicit Rabanus, per Peccatorem intelligens diabolus: *Qui odit correctionem admonitionis, ipse indicium prebet in se nequitie sui seductoris; quoniam malignus induravit cor ejus, ne crederet & obaudiret veritati. Addit ibidem Sapiens: Et qui timet Deum, convertatur ad cor suum. Quod quidem in Samaritana videmus, quæ ex verbis Domini non odium concepit adversus veritatem, sed ad cor suum conversa est, & timuit ac honoravit corrigentem. Speculum ei Dominus ostendit verbis suis, & agnovit ipsa deformitatem suam, nec in speculum insurrexit, sed qualis foret agnoscentis, ad cor est conversa.***

PAR. 11
Luz. 10
Samaritanas
ex parte
cuius
Christum
prophetam
esse agnos-
civit.
Corruptio
humiliter
acceptæ lo-
cutionis
quædam
Societas
edictæ
reprobam
figuram
induravit
peccatoris.

Huc quoque facit quod subiungit Sapiens ibidem: *Scientia Sipientis tamquam mandatio abundabit, & consilium ejus tamquam fons vitæ permanet cor fatui quasi vas confractum, omnem sapientiam non tenebit. Attende hic singula in Christo & Samaritana. Sapientia enim Christi, tamquam iudicatio, animam ejus irrigare incipiebat; & consilium ejus de immutanda vita fornicaria, tamquam Fons vitæ purus abundabat, ut permaneret; ita ut hic rursus verificari posse illud: *Aqua profunda, verba ex ore vivi; & torrens redundans. Fons Sapientie. Ipsa interim initio videbatur, quali vas confractum aut rimosum, hæc sapientiam non tenere à Fonte vitæ effluentem: sed paulatim consolidatum est vas fictile, ut aquam doctrinæ salutaris vivificæ agnosceret, nec dilabi sineret. Quod ubi factum est, non solum ait: *Domine, da mihi hanc aquam; verum etiam demonstrante ei Christo causam, cur hujus aquæ non foret capax, dixit: *Domine, video; quia Propheeta es tu. Sic videmus, quam****

prov. 11

Quatuor
hominum
differentie

quam verum sit ac manifestum quod prisci Hebraei in sententiis suis dixerunt: Quatuor differentie hominum sunt coram sapientibus adstantium. Quidam sunt quasi spongia, que humorem undequaque fugit ac trahit. Alii quasi dolium petruum, quod aquam hauriens una ex parte ex alia effluit, & quicquid accepit, evacuat. Alii quasi cuppa que vinum effluere sinat, feces retinens. Nonnulli denique instar cribri pigmentarii, quod & furfur & farinam retinet, sed distinctim cellulis, in superiore siquidem furfur, in inferiore vero farinam servat. Cujusmodi autem fuerit hæc Samaritana, tu dispice. Nam initio quidem visa est ut vas aquam vivam sibi propositam effluere sinens, & solas peccati sui faeces retinens: postmodum autem, quasi spongia coram impleta, etiam hydriam reliquit, ut aliis posset aquam quem sukerat, refundere.

Samaritane
Christi
unde
Prophetam
dixerit.

Quod autem Christum Prophetam vocat, ideo est, quod oculata conscientia ei aperire valuerit: quod quidem spectat ad lumen supernaturale Prophetis communicatum, propter quod & videntes dicti sunt, non solum quod futura prospicerent, sed etiam quod abstrusa agnoscerent. Est hæc etiam quædam participatio divinæ scientiæ, cordis interiora posse inspicere & detegere, ac in lucem educere. Quod Sanctis aliquibus à Deo concessum legitur ex speciali favore, ad conversionem peccatorum.

Sancti
creta
coram
dium in
aliis
cognoscentes.

Sic S. Philippus Neriis occurrens cuidam in peccato mortali existenti, ei aperuit quæ in inimicis suis abscondita plane existimabat: & sic ad penitentiam eum adduxit.

Sic S. Catharinus de Senis, & S. Lutgardis, fœtore quodam discernebant, quando aliqui in statu peccati ad eorum alloquia accederent.

Non ergo mirum, si Christus in Samaritide cognoscebat plenissime totum vitæ ejus ordinem, qui longè sublimiori lumine prædixit erat, quam unquam fuerint ulli Sancti ad cognoscenda intima mentis. Rectè igitur ei Samaritana hæc potuit decantare illud: Domine probasti, & cognovisti me, tu cognovisti confessionem meam, & resurrectionem meam. Intellexisti cogitationes meas de longè semitâ meam & funiculum meum investigasti. Et omnes vias me prævidisti. Tenebre non obscurabuntur à te, & nox sicut dies illuminabitur. Nos illuminatio mea in deliciis meis. Quasi diceret. Domine, tu variis interrogacionibus & sermonibus me probare videris, & tamen me penitus exploratam habes & perspectam: tu enim cognovisti omnia mea, stationes, incessus viam & vitam meam; omnesque actiones meas, involutas utrinque glorio variis spiris, & quasi involutum & implexum funiculum sive longum filum, clarè nosti. Quinimodò, adeo non me operuerunt tenebræ, cum captarem voluptatem carnalem in illis, & versaretur velut in deliciis caliginosis, quin oculi tui me clarè viderint, qui perinde vides, sive nox sit, sive dies, omniaque noctis nostræ

Psalm. 138.

tenebrosa studia, consilia, flagitia, tibi apertissimè patent, quasi in lucidissimo die propalata.

Querunt interim hic Theologi, ut Tostatus & quidam alii; An Christus Dominus proprie dici possit Prophetas? Quidam eum solum appellatione quadam communi, sive quadam æstimatione vulgi Prophetam dictum volunt, non tamen fuisse proprie loquendo Prophetam; quia ad rationem Propheticæ cognicionis spectare putant, quod sit obsecura. Respondeo breviter, obscuritatem non esse necessariam ad Propheticam cognicionem: nam & Prophetæ dicuntur illa videre quæ prædicunt, & inde videntes dicti sunt. Sufficit igitur, ut sit cognicio eorum quæ à sensibus distant hominum, & à cognicione ordinaria vitorum, ut ait S. Thom. Donum itaque Propheticæ dicit cognicionem supernaturalem eorum quæ distant secundum statum cognoscentis, & ita à Christo secundum statum Viatoris distabant illa quæ divinitus cognoscebat. Vnde ut Viator illa cognoscentis & annuncians, prophetabar. Vere ergo Propheta erat, de quo dicitur: Prophetam de gente tua suscitabit Dominus, ipsum audies. Et in Evangelio: Propheta magnus surrexit in nobis, Magnus auctoritate, sapientia, gratia, lumine.

An Christi
sunt proprie
dici possit
Propheta.

Vide 3.º
1.º

Deut. 18.
Luc. 7.

LECTIO VIII. BIPARTITA.

Patres nostri in mente hoc adoraverunt, & vos dicitis, quia Ierusalem est locus, ubi oportet adorare.

Nonnulli existimant mulierem Samaritanam proponere hanc quæstionem, ad interrumpendum sermonem jam inchoatum de ejus prava & incontinente vita. Erat enim ipsa adhuc imperfecta, & licet ei non congerit, quod de filio luxurioso scriptum est: *audivit verbum sapiens luxuriosus, & displicebit illi, & projecit post dorsum suum.* Licet, inquam, Christi verbum tamquam Prophetæ detegentis abdita conscientie suæ humiliter, susceperit tamen non ei omnino gratum esse potuit, quod diutius, cum confusione sua, ea in materia mora traheretur. Ideoque forsitan aliò trahens sermonem, hanc excitat quæstionem de sacrificio adoratione, de quo loco ejus inter Samaritas & Judæos controverso. Sic contingit nonnullis imperfectis accedentibus ad Sacramentum confessionis, qui ubi breviter & obscure enunciaverint sua, si Confessarius interroget, ut dilucidius cognoscat conscientiam eorum, aut forte reprehendat, ut ad emendationem adducat, non est eis gratum; sed immiscens alia, quibus Confessarius alio trahant, & ad pertransendum inducant. Vide *Cand. Myst. tract. 5. lect. 7. & 8.*

Pars I.
Cur Samaritana
hanc quæstionem
Christo
proposuerit.

Opinio.

Alii putant, quod verè & seriò, Christum intelligentes Prophetam esse, noluit prætermittere quæstionem gravem, quæ concernebat religionem & conscientiam; sincero enim tenebatur sciendi

Alia opinio



desiderio, & quodam scrupulo agebatur, ne forte ubi non oportebat Deo sacrificium offerret. Captus ergo occasione resolutionis, ob presentiam illius quem agnoscit Prophetam. Audi Ianfenium hac de re: *Non indignè tuis se manifesto argui, nec irritata regetis contumelliam, nec resistit ab illo pudentia: sed cum intelligeret: vita sua de mortua & occulta probra LESVM non latere, qui quod narrabat ex hominibus narratione scire non poterat, & ob id divino spiritu afflatum non dubitat: omni terrena re neglecta, tota convertitur ad religionis questionem, que eius animum, ut apparet, multum torquebat, arbitrans se jam opportunam occasionem natam, ut à scrupulo animi liberaretur.* Hæc Ianfen.

Proponit autem, mulier non indocta, satis sapienter questionem firmans partem Samaritanorum auctoritate Patrum: *Patres nostri adoraverunt in monte hoc.* Videtur scivisse ex libris Moylis, quos Samaritani habebant, antiquos Patriarchas in montibus sacrificia obtulisse. Nam Abraham immolans filium in montem ascendit, putatq; S. Chryso. 21. fuisse montem Garisim. Idem sentit Theophil. & Euthimius, sed communis opinio est fuisse montem Moria sive Calvarie. Iacob quoque rediens cum filiis ex Mesopotamia circa illum montem adoratur, erat que locus ille & Mons celebris, dictus Garisim. Atque Mons ille erat, in quo benedictiones promulgatae fuerant servandis legem. Vnde in illo monte, qui prope erat iuxta Sichem, ædificatae Samaritani templum, ubi adoratio fieret & sacrificia offerrentur. Itaque præceptum erat: *Cave ne offeras holocausta tua in omni loco quem videris, sed in eo quem elegerit Dominus: in una tribuum tuarum offeres hostias, & facies quecumque præceperit tibi.* Illud præceptum de sacrificio Samaritani in hoc speciali monte dicebant debere adimpleri: Iudæi autem in templo solo Ierosolymitano iussu Dei per Salomonem extructo. Hinc continua inter eos forebatur controversia, quæ & hic proponitur Christo à muliere.

Samaritana docet, quide rebus fidei sunt interrogandi.

Consideranda autem venit mulieris prudentia, in eo quod questionem difficilem, & ambiguum, accipitem que non cuilibet proponendam, aut à quolibet dissolvendam duxit, sed ab eo quem Prophetam esse agnovit. Sic de rebus fidei consulendi sunt non quilibet, sed periti Theologi, & illicos unctio docet & lectio. Nec passim disputationi vulgari & plebeie permittenda sunt mysteria, aut Scripturæ fidei nostræ. Inde enim origo hæresion fuit, quod indifferenter quilibet Scripturas legerent, & ad sensum traherent, laici & mechanicæ, mulieres & viri, non intelligentes mysteria quæ latent sub cortice litteræ; proprio ergo decepti iudicio errores varios sunt secuti. Certe mysteria Scripturarum indifferenter vulgaribus tractanda relinquere, est sanctum dare canibus, & margaritas ante porcos proficere. Hoc scilicet re servari debet illis, qui in Ecclesia sunt constituti. 1. Tim. 2. ut Apolloli, ut Doctores, qui rectè sciunt tractare

verbum veritatis. Hoc agnovisse videtur hæc mulier, ad Prophetam deferens questionis gravis in religione Samaritanorum & Iudæorum resolutionem, non ad Naveas, aut Aratores, aut Fabros, quorum est de ventis, aut bobus, aut fabrilibus suis operibus differere, non de Scripturis. Vnde hos ad sua instrumenta & opera remittit Sapiens, monens ne scrutentur quæ supra se sunt.

Quia divina mysteria percipi non possunt sine fide, ideo Christus idem exigit ab hac Samaritana dum dicit: *Mulier crede mihi.* Et merito fidem ab ea exposcit, cui jam occulta manifestaverat, & Prophetam se probat; & alterius veritatem aperire volebat de his de quibus interrogabatur. Quandoquidem ergo illa se tueri videbatur auctoritate Patrum, qui asserebantur in illo monte adorasse; ipse nunc Christus vult ut dictorum suorum nitatur auctoritate & testimonio, cum & ipsa agnovit ipsum esse Majorem Patriarcha Iacob, promittendo & dando ei quam vivam, quasi dicat: *Si tu credis Patribus antiquis, Iacob, & aliis, mihi quoque merito credere debes, quem illis majorem rectè iudicas.* Crede ergo mihi mulier, non solum in promissione aquæ vivæ, sed etiam in apertione veritatis & doctrinæ Evangelicæ, quam tibi, licet mulieri, manifestam facio, etiam si nondum eam visis ita manifestam. Ecce ego ex speciali gratia me tibi credo, qui nondum me credidi Iudæis, tu ergo mihi quoque crede vel saltem tamquam Prophetæ. Quid ergo credendum proponit Prophetæ magnus mulieris infirmæ & ineruditæ, ut respondeat ad questionem? *Audi: Veniet hora, quando nec in monte hoc, neque Ierosolymis adorabitur Patrem.*

Tria in hoc responso continentur. Primum qui, illam contentionem brevi cessaturam, & Christi medio tollendam, quia appropinquas tempus, Samaritanorum, quod finem afferet sacrificiis cruentis, sive Iudæorum, sive Samaritanorum; ideo que non ultra contentio locus erit illi disputationi eorum, nec nodus questionis jam opus habet solutione aliâ.

Secundum est, huic adorationi locali & ceremoniali Iudæorum & Samaritanorum successuram adorationem & sacrificium perfectius, in quo adoratur Pater, cultum que sublimiorem; evacuatis idolis Samasitanorum & omnium Gentium, & vacuatis quoque umbris & figuris Iudæorum. Notandum ergo illud: *Venit hora, & adorabitur Pater.* Hic est cultus novus, hæc est adoratio Evangelicæ, hæc est religio Christiana, in qua adoratur Pater, Deus adoratur antiquitus à Iudæis, nunc autem adoratur distinctè Pater, Filius, & Spiritus S. quod non fecit Iudæus, nec Samaritanus. Quare illud ponderandum est, Patrem, ut docet S. Cyrillus. l. 2. c. 11. *Dum Patrem, inquit, vocat, ad Filium ergo considerationem, & consequenter ad Spiritum S. ab utroque procedentem. Vnum ergo adorant Christiani*

PAR. II. Explicat responsum Christi ad questionem Samaritanæ.

Christiani Deum in tribus personis. Vtcrius adorant Christiani Deum ut Patrem, quia sic eos edocuit Christus orare: *Pater noster qui es in caelis*. Doctricque Apostolus nos recepisse statum & spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus *Abba, Pater*. Vbi notandum cum S. Thoma, illum Apostoli locum interpretare, idem esse *Abba*, quod *Pater*. *Abba* enim Hebraeum est, *Pater* Latinum & Graecum. Ideo vero utramque vocem retinuit Apostolus, ut significetur, Hebraeos, Graecos, & Latinos, (h. e. omnes gentes, his tribus linguis primariis significatas) adoratos Patrem, & invocatos Deum ut Patrem spiritu & amore filiali. Hic enim spiritus erat dominaturus in Christianorum cordibus, excusso spiritu servitutis & timoris, qui legis antiquae spiritus erat. Vnde in sub nomine antiquo testamento non fuit solidi Iudaei Deum Patris non invocare sub nomine Patris: quia id illi temporis reservabatur, quo data est lex amoris, in quo ipse Filius Dei nos vocare dignatus est fratres, & ad Patrem adducere, ac docere, ut eum adorarem ut Patrem. In promulgatione legis veteris in monte Sinai, novies Dominum nominatum legimus, & quinquies, Deum, in novae legis promulgatione continuis hic Patris nominatio: & ecce nunc hac de re alloquens Samaritidem istam dicit ei, tamquam primitias Spiritus participanti de Gentibus, VENIT HORA, QUANDO ADORABITIS PATREM.

Testium, quod continetur in responsio Domini est, cultum illum perfectiorem, qui succedet cultui Iudaeorum & Samaritanorum, non fore aratum, aut alligatum alicui certo loco, aut urbi & civitati, aut monti, vel templo determinato, sicut certo loco suum cultum Iudaei & Samaritae concludebant: sed fore amplissimum, & per totum orbem extensum, ita ut adoratio sacrificium Deo & Patri exhibenda sint in omnibus Provinciis & Regnis. Hoc ergo vult Dominus dum dicit: *Nec in monte hoc neque in Hierosolymis adorabitis, cultu scilicet, solito, vel Iudaico, vel Samaritano: sed ubique adorare poteritis Patrem cultu perfectiori*. Sic Hierosolymis in monte Sion adorantur primi Christiani, cum ibi prima fuerit eorum Ecclesia. In Samaria quoque adorantur & sacrificantur, postquam illa conversa fuit, & a Petro & Ioanne Spiritum sanctum accepit. Vide Act. 3. 4. 5. & 8.

Huc facit, quod dictum erat Iudaeis: *Non est mihi voluntas in vobis, dicit Dominus exercituum, & minus non suscipiam de manu vestra: abortus enim solis usque ad occasum magnum est nomen meum in gentibus, & in omni loco sacrificatur, & offerunt nomini meo oblatio munda*. Quali dicat: Frustra inelamatur vobis, O Iudaei! Templum Domini, Templum Domini, Templum Domini. Non ego amplius Iudaei limitibus, nec Templi vestri angustias carctari volentem orbe templi, aras, Basilicae adhaerere mihi precipio & oblatione illa quam et ego in illis adorari & colligere in templi vestri ruina, legis quoque vestrae & sa-

crificiorum vestrorum sepulturam, & irreparabilem agnoscite ruinam. Certè, ita voluit Deus destrui templum Hierosolymitanum per Romanos, ut numquam poterit restaurari, in symbolum abolitae planè legis eorum, & ritus sacrificandi Saepè conati sunt Iudaei ad ejus structuram, & sic ad restorationem sacrificiorum: sed divinis prodigijs fuisse prohibiti. Iulianus Apostata in odium religionis Christianae, potestatem eis fecit, Templum & ritum Iudaicum renovandi; sed cum jacerent primum fundamentum, terrae motus exortus, & lapides & reparare structores excussit; rursusque adimpletum est illud; *Non remanebit lapis super lapidem*. Edificia quam horum quoque templo vicina, imperi collapsa, multis sepulchri loco fuerat illi semineces, membra mutilata retulere è ruina. Cum verò imperialis constitutio urgeret, terrae motu cessante, alii iterum opus aggredi tentantibus, ignis è fundamentis exsilens, & alius è caelo veniens, plures quam antea consumpsit, & mallei scalptra, secures, asciae, in cinerem fuisse redacta. Sic divinam manum huic operi adversari, & Christum Deum esse facteri coacti sunt; & tamen caeci in errore Iudaico permanserunt. Accessit & aliud miraculum: Nam proxima nocte, sua sponte, vestes eorum crucis signis instar radiorum conformatis sunt conflagratae; ita ut omnes vestrum tamquam stellis varietatum, & lanifica arte atque solertia distinctum haberent. Illucescente autem die eas detergere conati, nihil egerunt; sed nec hoc eos obsecratos & obduratos ad fidem perduxit. Vide Niceph. l. 18. cap. 12. & 13.

Ceterum, licet Christus Dominus dicat utrumque ritum cessaturum, tam Samaritanorum, quam Iudaeorum; magis tamen probat cultum Iudaeorum. Ideo dicit: *Vos adoratis quod nescitis, nos adoramus quod scimus, quia salus ex Iudaeis est*. Samaritani nempe simul cum Deo vero adorabant alios Deos & idola, teste Scriptura: Sic quae, veluti Athenienses erigebant aram ignoto Deo. Iudaei autem unum Deum credebant vera fide. Sic Samaritani in errore erant & ignorantia, non autem Iudaei. Salus quoque ex Iudaeis erat, quia promissiones salutis per Messiam futurae Iudaeis factae sunt, & ex stirpe eorum erat oriundus Salvator omnium, eisque daturus veritatis & legis novae praedicator, qui pacem & salutem annuntiaturi erant. Hi fuerunt Apostoli, qui ortum duxerunt ex Isaelita gente, sicut & Messias. Ex primo quidem Iudaeis salutem nuntiarunt, deinde ad Gentes & Samaritanos transierunt, cum Iudaei se indignos redderent aeternae vitae, & verbum Dei repellerent. Salus ergo ex Iudaeis; & omnia bona orbi provenerunt, de Sion exiit lex, & verbum Domini terris saltem, Isae. 2. dum illorum delicto salus gentibus contigit, & diminutio eorum: divitiae factae sunt gentium. Quare monet Apostolus, ne insoleamus contra eos, quandoquidem nobis ex eis salus provenit, & ipsi

Rom. 8.

Nota.

Olim Deum invocatum.

Malach. 1.

Rever. 7.

Iudaei templum suum reparare volentes.

4. Reg. 17. A. 17. quomodo salus ex Iudaeis.

Rom. 11. f. 2.



Iudeos De-
us occidi
noluit, sed
dispergit
& quare.

Psal. 89.

Vide Ribe-
ramin. c. 1.
Aug.

Vide Tiri-
num in il-
lum locum
Matt. 2.

ipsi rursus inferendi sint in radicem, ex qua excissi sunt ob incredulitatem. Hinc etiam Deus Iudeos licet incredulos, noluit occidi, sed voluit dispergi ad fructum Gentilium. Vide S. Aug. in Pf. 89. ubi inter cetera sic habet: *Iam factum est, per omnes gentes dispersi sunt Iudei, ut testes forent iniquitatis sue, & veritatis nostrae. Ipsi habent codices, de quibus prophetatus est Christus, & nos tenemus Christum. Et si aliquando aliquis paganus dubitaverit, dum ei allegamus prophetias de Christo, & obstupescit, putans à nobis conscriptas, de codicibus ipsorum Iudeorum probamus. Hæc ille. Quia ergo salus ex Iudeis est, Deus tandem regnum suum consummabit ex illis, per Enoch & Eliam reliquias Israel convertens. Et tunc eis manifestabitur Arca, & Tabernaculum, & Altare incensi, quæ abscondit Ieremias Propheta, de quibus specialis fit mentio in Scriptura, ubi etiam dicitur: *ignotum fore locum, donec congreget Deus congregationem populi sui. Quod futurum in fine mundi, intelligunt S. Epiphanius, S. Dorothæus Martyr, Episcopus Cypri, & multi recentiores Interpretes. Ideo autem manifestabitur tunc, ut Iudei conversi cognoscant se in Christum credendo, veteres Patriarchas & Prophetas imitari, & veros esse Abraham filios & Moysi discipulos; cum viderint Ieremiam Prophetam suo tempore impletam, & se Arcam habere, quam majores sui caruerant. Itaque convertentur ad vesperam, & famem patientur ut canes, lingentque sanguinem & vulnera Salvatoris cum fidei aviditate, & ex illis salutem elicient.**

LECTIO NONA.

De adoratione in spiritu & veritate in sacrificio Missæ.

Christus Dominus post cultum Samaritano-
rum, & eorum sacrificia, post Iudeorum
quoque cultum & eorum in sacrificiis ritum, asse-
rit novum cultum & novam adorationem futuram,
quæ sit adoratio in spiritu & veritate, & non tantum
in figuris & umbris. ideoque rectè hinc colligitur
succesio veræ adorationis, hoc est veri sacrificii
in nova lege; quod quidem est ipsum sacrificium
Eucharistiæ, in quo Deus adoratur ab homine
quotidie, cum professione servitutis, & divini
supra se domini, humillimâ agnitione & venera-
tione. Et hæc est oblatio munda, quæ offertur, & sa-
crificatur in omni loco, ab ortu solis usque ad occasum,
ut prædixit Propheta, & quæ succedere debebat
sacrificiis legalibus cruentis & immundis. Munda
quidem oblatio, quia corpus hic mundissimum &
virginè offertur à Spiritu sancto munditiæ omnis
auctore efformatum, & munditiæ Fonti, Divini-
tati se unicum. Munda quoque, quia nulla offer-
rentis potest malitia aut immunditia maculari.
Munda denique; quia mundandi vim habet & effi-
caciâ, longè aliam quàm legalia sacrificia, quæ à
quibusdam legis & carnis immunditiis expiabant;

ipsa autem internam immunditiam obtergit in
spiritu & veritate, facitque conscientiam mundam ab
operibus mortuis, ad serviendum Deo viventi. Præ-
terea, cum antiqua sacrificia multo crure & pin-
guedine templum instar macelli confpurarent, istud
sacrificium nostrum in rebus purissimis ceteris;
dum sub symbolis & panis & vini fit incoerua &
myrica purissimaque immolatio Deificæ carnis,
diviniquè Sanguinis. Et hæc oblatio munda, omni
loco, hoc est in omni morbis parte, in Asia, in Afric-
ca, in Europa, in America, in Iaponia, in India offer-
tur; per quam magnum fit nomen Domini inter
Gentes, repudiato sacrificio & templo Iudeorum,
Imò offertur omni tempore, omnibus horis, Nam
licet Ecclesia non soleat nisi à matutino tempo-
re ad Meridielem usque illud offerre: ob situm ta-
men diversarum Provinciarum, contingit fere
singulis horis offerri, quia dum nobis Sol in Meri-
die est, aliis in Aurora est. Atque etiam propter
hoc rectè vocatur *Iuge sacrificium*, apud Danie-
lem Prophetam; quod quidem conabitur ab-
olere Antichristum, non tamen ex toto poterit.
Quamvis enim tunc publice & propalam ali-
quo tempore cessaturum sit, tamen in locis oc-
cultis offerretur, non obstant persequutionis acerb-
itate, in speluncis & sylvis adhuc Missa celebra-
bitur.

Hæretici nostri, Antichristi Præcursores & Me-
tatores, hoc sacrificium, hæcque adorationem
Christianam & Eucharisticam, ubicunque possunt,
lingua blasphema conscindere, manû violenta pro-
hibere, calamo & stylo eradere conantur & expun-
gere. Ecclesiamque Christi sine sacrificio & Sacer-
dotio efficere, Sed aberrant plane, & à Scripturæ
sacræ veritate, & naturali ratione. Quæ enim un-
quam stetit Religio sine sacrificio & sine Sacerdo-
tio? Audiant Venerab. Petrum Cluniacensem l. 1.
Ep. 2. contra Petrobulianos, Missæ sacrificium ne-
gantes, eleganter hæc de re differrentem, & hoc co-
dem argumento præclare dilataro, hæreticos om-
nes convincentem.
Primo enim ait, *Cur sacrificare Deo cæli terrige-
nas prohibearis, cum hoc sit cultus divini & subditi
Deo animi præcipuum indicium, ab ipso institutum?
Cur servos Domino, homines Deo, conditori conditas,
Redemptori redemptura famulari, & illi soli debitum
venerationis genus reddat non vultis? Attende singu-
la, & pondera. Nam hæc est ratio sacrificii primæ-
væ, recognitio domini divini, & protestatio servi-
tutis nostræ, ac honoris summi debiti, quæ in nulla
lege debet cessare.*
Secundo prosequitur, & interrogat: *Cur sa-
crificia Christiana, vobis Christianis (si tamen estis)
displicent, cum sacrificiorum signo Deus suos ab ali-
cuius disere veris, cum humanam servitutem ab huma-
no obsequio, & honorem Creatori debitum ab honore
qui homini debetur, hoc maxime signo distinxerit.*
Hæc est secunda ratio, etiam merito ponderan-
da,

Ter-

Tertio addit, & dicta amplificat, specialiusque explicat: Mirum si Christiani à sacrificiis offerendis uni Deo arcantur, cum Patriarchæ, Prophetae, Iudæi, Gentiles, Fideles, ab ipso Deo ipsi Deo sacrificare cogantur? Mirum rursus est, sacrificium Divinum præcipuum Deitatis cultum de mundo nunc auferri, cum nunquam mundus retroactis generationibus absque sacrificiorum sacri fuerit?

Quarto probat hoc ipsum, & dum subiicit: Nam nec mundus in ipsis ignorantia tenebræ & nequitie sue, ita Deo perit, ut non haberet aliquos, qui per justitiam eum colerent, & per sacrificia colere demonstrarent. Unde ulterius infert: Si ergo doctrinam vestram novam mundus exaudiat, faciet quod nunquam fecerat: & more captivi vitæ illius populi sedebit absque Rege, absque lege, absque sacerdotio, absque Ephod & Teraphim: cumque Deo sacrificare cessaverit, & ipse Dei esse cessabit. Eruntque his temporibus gratie, quod nunquam fuit nec tempore ire, ut Christianis Deo sacrificare cessantibus, cultus qui semper in mundo fuerat, omnino de mundo pereat: & qui Deum ritibus suo colens, Deo subditus esse probatur, cultum ejus abiiciens, absque aliquo Deo prius esse videatur.

Tandem concludit, & quia hæretici nostri verum & proprie dictum sacrificium negantes tempore legis novæ, solum agnoscent sacrificium aliud quod spirituale, & improprie dictum ac generale (quale est sacrificium laudis in oratione, aut Dei precatione, sacrificium contritionis, sacrificium bonorum operum) eos refellit his verbis: Respondet vobis, O hostes Dei, Ecclesia Dei, se neque sine sacrificio esse, nec illo suo sacrificio aliud quam Corpus sui Redemptoris offerre. Offerit quidem illa Domino sacrificium spiritus contribulati, offerit sacrificium justitiae offerit sacrificium laudis. Sed hæc improprie dicta sacrificia sunt. Offerit ergo longe acceptabilius sacrificium, eam scilicet qui per Spiritum Sanctum semetipsum obtulit immaculatam Deo, ut emundaret conscientiam nostram ab operibus mortuæ, ad servendum Deo viventi. Offerit Agnum Dei, qui tollit peccata mundi, qui immolatur non moritur, nec divisus minuitur, nec comestus consumitur. Offerit illum pro se ipsa, qui se obtulit pro ipsa: & quod ille fecit semel moriendo, hoc illa facit semper offerendo. Hæcenus ille claris, & disertis ac efficacibus verbis, rationibusque.

Hæc est igitur oblatio & adoratio illa Christianorum, in qua, tanquam veri adoratores, adorant Patrem in spiritu & veritate, & opponitur oblationi & adorationi Samaritanorum, quæ erat in fallitate & ignorantia, adorabant enim quod non sciebant, quia de eo non recte sentiebant, quem loco & monte conscriptum putabant. Opponitur quoque oblationi & adorationi Iudæorum, quæ consistebat in rebus corporalibus, quæ erant umbra & figuræ futurorum: aliæ autem umbra & figuræ nunc cessant & consummatæ sunt in hujus sacrificii oblatione. Unde S. Leo serm. 2. de Pass. sic loquitur in hæc rem: Nunc carnalium sacrificio-

rum varietate cessante, omnes differentias hostiarum una corporis & sanguinis Domini implet oblatio: ut sicut unum est pro omni victima sacrificium, ita nunc de omni gente sit regnum.

Neque solum hoc sacrificium nostrum unicum uni Deo oblatum, in quo summo honore adoratur, excludit sacrificium Samaritanorum aut Iudæorum, sed etiam omnia sacrificia Gentium, quæ cæcitate decantæ, falsos Deos adorabant, & variis victimis illos colebant. Diversæ enim Nationes diversos sibi Deos cultu erroneo & victimis diversis coluisse, constat ex illis qui de victimis Gentium rescripserunt.

Sic Cretenfes & Libyæ populi Iovem, Carthagenfes lunonem, Thracæ Herculem, Thebani, & Arabes Bacchum colebant.

Sic in Delphis adorabant Apollinem, in Cypro eos coluenerem, in Athenis Mineram, in Ephelo Diana-

nam, in Epidaurò A Esculapium. Sic Itali Martem, Galli Mercurium, Scythæ Solem, Siculi Vulcanum, Ægyptii Osirim & Isidem sibi elegerant adorandum, sicut & Lacedæmones Neptunum & alii Eolium; quos omnes Deos in specialibus adorabant idolis.

Sic & in sacris Literis mentio fit de diversis Diis in variis idolis adorati solitis specialissime per aliquas Provincias. Nam mentio fit de 1. Reg. 5. Dagon idolo Philistinorum; de Moloch idolo 3. Reg. 11. Ammonitarum, de Baalim idolo Assyriorum, & 3. Reg. 18. aliis.

His autem suis Diis & idolis cum adoratione specialia sacra faciebant, specialibus victimis & sacrificiis certo tempore immolatis. Saturno namque homines immolabant, Marti & Soli equos, falcorum Vulcanò ignem Neptuno taurum, Baccho vinum & hircum, Iovi bidentes & crateres sanguine pleenos & vino, A Esculapio Gallum, Cupidini sagittas, Osiri bovem, Priapo asinum.

Sic & illis quas Deas appellabant, cum adoratione specialia dicarunt in suis sacrificiis victi, etiam victimas. Nam Veneri testudinem, Dianæ cervam, Minæ hæceri spicas, Mulis picam, Iunoni agnellam canebant. didam, Proserpinæ ovem nigram sacrificare soliti sunt.

Sed ad quid hæc omnia referimus vix relatu digna? Hoc certe eo solum sine, ut consilet quod Christi & Evangelii luce coruscante, disparuerint omnes hæc tenebræ, & excussi fuerint tanquam vesperiliones omnes hi Di, in montibus & collibus, in speluncis & abditis locis, perque varios lucos sine luce adorati, quia successit. Adoratio in spiritu & veritate per veros adoratores Patris, dum venit hora. Dum enim per verum & unicum Eucharistiæ sacrificium in fide, spe, charitate, & Spiritu Sancto oblatum, cœpit unitas, dignitas, majestas Dei agnoscere & adorari; explosa sunt inania Deorum & nomina & numina, cum adoratione sua. Hoc significatum dicimus, cum de Samaritanis, in quibus & aliæ gentes subindicantur, pronunciat Dominus: Venies.

Refelluntur hæretici spirituale aliquid sacrificium agnoscen-

Sacrificii Eucharistiæ oblationi Iudæorum apponitur.

Venes.

Veniet hora, quando nec in monte hoc adorabitis, nec in templo hoc adorabitis, quia adoratio in spiritu & veritate. Hic latius potest tractari de Missæ sacrificio, ex his quæ à nobis dicta sunt in Candelabro Mystico, Tract. 4. Leq. 13. uf. que ad finem.

mus quid oremus, ipse autem Spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus, hoc est, postulare nos facit & ingemiscere, ut interpretantur SS. Doctores.

LECTIO DECIMA.

De adoratione in spiritu & veritate, ex SS. Patribus.

Que sit adoratio in spiritu & veritate.

VT plenissime constat, quænam sit adoratio in spiritu & veritate, varias SS. Patrum hac de re interpretationes hic in memoriam reducere iuvat. Nam ultra hoc quod diximus adorationem in spiritu opponi corporeis figuris ac cæremoniis Iudæorum, adorationem vero in veritate, erroris Samaritanorum & falsis dogmatibus eorum, quæ est literalis explicatio & communis, sublimius adhuc aliquid indicare docent SS. Patres.

Resp. 1. ex S. Athanasio.

Primo quidem S. Athanasius episcopus ad Serapionem, cum hic dicitur, in spiritu, intelligit Spiritum Sanctum; cum additur, in veritate, intelligit Filium: ita ut adoratio in spiritu & veritate, sit adoratio Patris in Filio, & Filii in Spiritu Sancto, sive adoratio Patris & Filii & Spiritus Sancti in Trinitate perfecta. Quam adorationem veri adoratores exhibent, per idem scientes quid adorent, in terris, sicut per claram intuitionem sciunt Angeli & Beati quid adorent in caelis. Utrobique enim idem adoratur: Pater adoratur, qui est principium sine principio: Filius adoratur, qui est æterna veritas & Sapientia Patris: Spiritus Sanctus adoratur, qui est utriusque amor & connectio. Eædem adoratione adoratur Pater & Filius, Spiritus Sanctus, quia eadem eis competit potentia, sapientia, bonitas, misericordia, gloria, immortalitas, æternitas, maiestas, divinitas, & infinitæ aliarum perfectiones in eis æquales sunt, & idem sunt, & objectum æternæ adorationis sunt. Dicamus ergo, quod illi adorent Patrem in spiritu, qui Spiritum Sanctum agnoscunt, & Spiritum adoptionis receperunt, in quo clamant. Abba Pater. Dicamus etiam, quod illi adorent Patrem in veritate, qui Iesum Filium Dei agnoscunt, & in illo manent, qui dicit: Ego sum Veritas; ac si Patrem invocant & orant in nomine Filii, utrique supremum honorem exhibendo, sicut & Spiritui Sancto ab utroque procedenti.

1. Cor. 12.

Rom. 8.

Nec mireris, quod hic præponitur Spiritus Veritatis, quia sicut nemo venit ad Patrem nisi per Filium, ita nemo Filium cognoscit nisi per Spiritum Sanctum, dicente Apostolo: Nemo potest dicere, Dominus Iesus, nisi in Spiritu Sancto. Imò adoratio ipsa opus est ipsius Spiritus Sancti, qui in nobis est, & nos ad Patrem orandum & adorandum excitat, ita ut propterea dixerit Apostolus: Nesci-

Secundo, idem S. Athanasius, quest. 60. ad Antiochum, aliam subiicit interpretationem, dum præmissa interrogatione hac: Qui sunt adoratores in spiritu & veritate? sic respondet: Eius sunt qui in deserto & montibus, in spelæis & cavernis terra habitabant, qui circa congregationem Ecclesie, per bona opera, Dei Spiritu illuminati, in spiritu & veritate adorant Deum & Patrem qui in celo est: qui irreprehensibiliter vivunt, & Deum simul religiose & reverenter adorantes, omni pietate & honestate virtutum relucens, nec opus habent Ecclesie, aut loco huic rei destinato, sed ipsi semetipsos templa faciunt, quovis loco bonis operibus & ubique Deum placant. Hæc ille. Cui conforme est, quod S. Augustinus Tract. 34. in Ioann. pro adoratione & oratione in spiritu & veritate sic admonet: Quisquis supplicaturus Deo locum aptum & sanctum requirit, interroga tua munda: & inde omnia mala cupiditate depulsa, prepara tibi in cordis tui pace secretum. Voles in Templo orare, in te ora: & ita age semper, ut Dei Templum sis. Ibi enim Deus exaudit, ubi habitas. Hæc S. Aug. Hoc quoque referri potest illud Domini apud Matthæum: Tu autem cum oraveris, intra in cubiculum tuum, & ora Patrem tuum in abscondito.

Sic et Maria Magdalena in sua caverna latens, Patrem adorabat in spiritu & veritate per triginta annos hominem non vident, & septies in die ab Angelis elevata ad adorandam SS. Trinitatem inter cælestes choros.

Sic Maria Aegyptiaca per quadraginta septem annos templum non vidit, nec in eo adoravit; sed ab hominum sciencia consortio, Patrem in spiritu & veritate adorabat in locis desertis.

Sic & ipse S. Athanasius persecutioni cedens, sex annis in cisterna sicca delituit, nec Solem, nec homines, nec templum vidit: nec tamen propterea desistit adorare Patrem in spiritu & veritate. Sic & alii innumeri Anachoretæ & deserti incolæ; qui potuerunt dicere cum Propheta: In terra deserta in via & in aquosa sic in sancto apparui tibi, ut viderem virtutem tuam & gloriam tuam. Quasi dicat: In solitudine, quæ vigiliis hominum non teritur & quæ arida est, & aquis carens, te colui & adoravi, contemplans tuam potentiam; non minus quam si essem in Templo tuo sate Sanctum Sanctorum.

Perperam tamen hæretici, dicti Massiliani præterea (quorum meminit S. Augustinus ser. contra Arianos & Donatistas, & epist. 50. ad Bonifacium) ex heretico hoc loco: Nec in monte hoc adorabitis, nec in templo hoc adorabitis, negarunt olim utendum esse templis. Quos secuti sunt nostro sæculo nonnulli Hæretici, circa annum 1547. qui dixerunt: Calcularii, quia Templo non ingrediebantur, sed suis contenti domesticis tenebris, intra privatos parietes orationes suas

Tuas faciebant, sub umbra recti sui suam constitu-

Cur tem-
plis Chri-
stiani u-
santur.

2. Cor. 11.

Variis tem-
plorum ti-
tulis &
causis.

Resp. 3.

banz Ecclesiam clanculariam. Horum adhuc non-
nulla reliqua restare videntur inter Christianos.
Sunt enim aliqui, qui vix nisi coacti, Ecclesiam in-
terferunt, vel Missa, vel Verbo Dei, vel aliis officiis
divinis; dicuntque se domi facere suam devotio-
nem. Quid de his dicemus, nisi quod videantur sa-
crificare solis suis Diis Penatibus, & existimare so-
lum camini sui foramen esse viam Caeli.

Sciatis porro omnes heretici isti, nos non uti
templis nostris, sicut Samaritani monte suo Garizim,
putantes loco isto determinato Deum circum-
scribiti, quia corporeum eum & localem existi-
mabant: neque utrimque templis sicut Iudaei, ut sa-
crificia typica offeramus. Neque coarctamus Dei
cultum ad templum certum, sicut illi: sed eum per
totum orbem diffundimus. Templis autem uti-
mur, ut locis honorificis, ad quae congregetur mul-
tudo, & locis sacris, ut reverenter in illis divina
tractentur mysteria, & decenter fiant ministeria.
Quod quidem ab initio Ecclesiae factum est, quia
ab initio loca aliqua specialia designata fuerunt, in
quibus, quando poterant, ad orationem & doctrinam
Christiani conveniebant. Propterea dicebat

Apostolus, his qui irreverenter in his sacris con-
ventionibus se gerebant quasi tumulenti aut ebrii: An
Ecclesiam Dei contemnitis?

Sic S. Iulianus Philosophus & Martyr, centum
circiter annos S. Paulo posterior, cum ab Urbis
Praefecto interrogaretur, quem in locum solerent
Christiani convenire. Respondit primo eo conve-
nire quemque, quo vellet & posset: Christianorum
enim Deus, inquit ipse, nullo loco circumscribitur,
sed cum sit inspicibilis, caelum & terram im-
plet, & ubique a Fidelibus adoratur, & ejus gloria
celebratur. Adjecit deinde, se in thermis Timothei
& Novati diversari: Quod si quis, ait, ad me venire
voluerit, cum eo veritatis doctrinam communica-
vi. Haece erat Ecclesia S. Pudencianae, ad quam
conveniebant Christiani pro sacris mysteriis & ad-
oratione, ac precibus publicis, proque doctrina
sancta.

Dicamus ergo, quod Tempia nostra Domus Dei
sunt ad orandum, Aula Dei ad laudandum, Chorus
Dei ad cantandum. Altare Dei ad celebrandum,
Porta Dei ad caelos intrandum, Scala Dei ad ascen-
dendum, Mensa Dei ad vitae panem edendum, Ar-
trum Dei ad mortuos in Domino sepeliendum, ut
latius dixi in Virga Aaronis Tract. 3. Lect. 16. Vide
etiam Horum Pastorum lib. 2. tract. 2. lect. 2. ubi
de loco orationis disserui, & ostendi eam caeteris
paribus gratiorem esse Deo in locis consecratis.
Quae non repeto, quamvis huc opportune reduci
valeant in memoriam, pro hujus loci Evangelici
pleniori explicatione.

Tertio dicendum generaliter pro interpretatio-
ne adorationis quae in spiritu fit & veritate. hanc
fieri ab omnibus veris Christianis, qui fidei virtute
& gratia spiritus impullis, Deum ut Patrem colunt &
Patris florigr.

adorant, ita ut adorare in spiritu & veritate, non sit
aliud, quam in sinceritate & candore cordis &
conscientiae Deum colere. Atque ita idem est cum
eo quod dicit apostolus: Testis est mihi Deus, cui ser-
vio in spiritu meo, hoc est, quem mente colo, cuique
& animam & omnem spiritum ad extremum usque
impendo. Quicumque hoc potest dicere, interve-
rit adoratores censetur, quales querit Pater. Cum
vero homo corpore & animo consistet, utroque De-
um colit & adorat; adoratio interna cordis velut
anima est externae adorationis, quae exhibetur per
adorationem corporis. Non ergo adoratio in spiri-
tu excludit externam adorationem, sed potius eam
complectitur, & eam efficit. Est ergo adoratio in
spiritu & veritate, omnis illa quae interno animi
affectu fit, sive in ea solum animi sit, sive etiam cor-
poris. An puta, quod Paulus solo spiritu Deo servie-
bat? Sane absque dubio serviebat & corpore; sed ser-
vitus & cultus, quem corpore exhibebat, erat in spi-
ritu, quia à spiritu interno, à fide, gratia & charita-
te ejus actiones promanebant, & in Deum fluebant
tanquam principium suum & finem. Monetur igitur
Christiani, ut in spiritu & veritate Deum ad-
orent hoc est, non solum labiis, non solum corporis
incurvatione, aut inflexione, non solum externa
honore. Nec enim solus externus honor verus est
honor, cum etiam quandoque externe honoremus,
quos interius odio prosequimur. Adorent ergo ste-
tendo simul genua cordis cum genibus corporis;
placant spiritu mentis, sicut & spiritu oris: in spi-
ritu veniant in Templum cum Simeone, & ample-
ctantur visus animae Christum Dominum: spiritus
sit in totis, dum suum volunt currum, spiritus eos
impellat, ut ambulent ante faciem suam: spiritus
bonus deducat eos in terram rectam: spiritus peccati-
ciant omnia bona opera, ut placeant Deo, qui spiri-
tus est, ideoque querit adoratores in spiritu & ve-
ritate, & complacet sibi in illis; quia, prope est Do-
minus omnibus in vocantibus eum, omnibus in vocan-
tibus eum in veritate, & deprecationem eorum ex-
audiet, & salvos faciet eos.

Sed, eheu, quam multi Christiani adorant, non
Patrem in spiritu & veritate, sed Satanam in vane-
tate & carnalitate! Aliqui in monte superbie, alii in
valle avaritiae, alii in caecis tenebris vindictae, alii
in delictis voluptatis, in ceno luxuriae & gulae.
Quor peccata, torridola quae adorantur, dum illis
inhaeret mens & animus impiorum, & quae per illa
Satanam colit. Quia quicumque cadit, adoratur eum;
& quicumque adoratur eum, cadens adoratur: ideo enim
dicebat ipse Christum tentans: Si cadens adoraveris
me, ut advertit S. Irenaeus: Ipse confiteatur, inquit,
quod adorare eum, cadere est, à gratia & gloria Dei.
Rursus repeto: Eheu, quam pauci ex Christianis
modo adorant Patrem in spiritu & veritate, quia
vanitati & peccatis additi nesciunt quid sit spiritus
Dei, sed Dei spiritum & veritatem in se suffocant.
Et licet labiis oris sui videantur Deum quandoque
honorare, & dicere: Domine, Domine; cor tamen

Adoratio
Patris in
spiritu &
veritate,
consistit in
interno a-
nimi affe-
ctu.

Ps. 64.

Christiano-
rum multi
adorant Sa-
tanam in
vanitate
& carna-
litate.

Matth. 4.



Matth. 7.

eorum non est cum Domino, quia voluntatem Patris nec querunt, nec faciunt. Ideo his dicitur: Nescio vos. Quid ita: Quia non omnis qui dicit, Domine, Dominus intrabit in regnum colorum, sed qui facit voluntatem Patris, intrabit in regnum colorum, inquit Dei Filius. Multi deluduntur externa quadam specie pietatis & devotionis, externa quoque specie adorationis, sed carent spiritu & veritate illius.

Multi per functione divina in versant.

Cor. Ian. in c. 4. Ioh.

Quandoque orant, quandoque ad confessionem accedunt, quandoque Missæ interfunt; sed hæc per functione faciunt, nec corde perfecto in his se gerunt; ideoque in spiritu & veritate non censentur adorare. Quinam igitur censentur sic adorare? Audi compendiose non verbis meis, sed sapientissimi Episcopi & Doctoris: Adorat spiritum, qui animo, & hinc quo animi sunt, Deum colit, qui scilicet curat puram illi exhibere mentem qui que fide sincera de illo optime sentit, spem omnem suam in illa collocat, charitate fertur in illum, pie erga illum afficitur, atque ob hæc de peccatis ex animo compungitur, corpus suum in servitium spiritus redigens: de acceptis bonis ex corde Deo gratias agit, necessaria adhuc bona fidenti animo postulat, nihilque pretermittit, quod Deo novis beneplacitum, aut saltem ab eo præceptum. Hæc Cornelius lanensis in hunc locum quilibet verus Christianus, verus Sacerdos, verus Religiosus; & suæ satisfacere enitatur vocationi & professioni, se gerens in omnibus cum zelo & pietate. Sic adorabit Patrem in spiritu & veritate. Sic connumerabitur inter veros adoratores, quos querit Pater, & approbat. Sæpe ergo petat à Patre, & dicat cum Psalmista? Deduc me: Domine, in via tua, & ingrediar in veritate tua, lævetur cor meum, ut timeat nomen tuum. Confitebor tibi in toto corde meo, & glorificabo nomen tuum in æternum. Sæpe consideret illud Apostoli: Veritatem facientes, crescite in eo qui est caput Christus. Vbi commendatur veritas practica, quæ in actionibus ac bonis operibus nostris consistit, per quæ gratia & Spiritus Christi in nobis augetur, & Spiritus veritatis, per quem Patrem adoramus, elucescit.

LECTIO XI. BIPARTITA.

Dicit ei mulier: Scio quia Messias venit, qui dicitur Christum; cum ergo veneris ille nobis annuntiabit omnia.

PARS I.

Vnde mulier scyvet Messiam venturam & cur Christus vocetur. Ioh. 5.

Sciebant Samaritani Christum venturum ex Ibris Moylis, quos recipiebant. In illis enim promissio continebatur de adventu Christi. Quare Christus dicit: Si crederetis Moyse, crederetis & mihi, etenim ille de me scripsit. Sic Iacob prædixerat: Non auferetur sceptrum de Iuda, donec veniat qui mittendus est. Et Moyles ipse dixerat: Prophetam suscietabit vobis Deus de fratribus vestris, lamque ru-

mor erat inter Iudæos & Samaritanos, vel venisse, Gen. 49. vel brevi venturum Christum. Ex Iohannis testi. Deum, testimonio fama hæc augebatur inter Iudæos, & per. Ex Iohannis tingebat usque Samaritanos. Ex hac ergo fama Moyse dicit mulier: Scio quia Messias venit, quod idem est, s. Iohannis ac si diceret: Propediem veniet. Illud enim venit, testimonio est præsentis sit temporis, habet tamen vim futuri; cognoscitur nihilque aliud significat, quam scio brevi venturum est Christum. Quod autem subjicitur: Qui dicitur Christus, Messias, hoc adicitur ab Evangelista interpretante verbum Nativum Hebræum; Messias enim apud Hebræos, idem est quod figuris quod Christum apud Græcos & idem est quod pr. titulus. tum apud Latinos.

Dicitur porro Messias & Christus, sive Vocatus Christus triplici de causa, quia unctus sit ut supremus Sacerdos ut Rex, ut Propheta. Hos Deus per unctionem suam consecrari præceperat, quia maiestatem Dei in terra ris referunt, & ideo Christi vocabantur: Nolite in videri tangere Christos meos, & in prophetis meis nolite malignari. Vbi posterius est explicatio prioris. Si magis significabatur ergo per illam unctionem, qua ungebantur Sacerdotes, vel Reges, vel Prophetae, illis est, gratia & virtute quadam imbui, quam in plebem diffundere deberent; hoc enim significatur per oleum, quod supernatur, imbuit, & se diffundit. In oleo de per excellentiam Salvator noster Messias Hebraice, Græce Christus, Latine Vocatus dicitur; non autem oleo materiali, sed omnium donorum plenitudine, quæ copiosius in illum effusa est, quam in ullo. lam creaturam: Non enim ad mensuram dedit Patrem spiritum Eilio. Gratia enim in illo est quasi infinita, quia est gratia capitis, quæ in infinita quodammodo membra debebat influere, & aliquam mensuram gratiæ ac spiritus sui communicare. De hac unctione habes apud Daniele: Unguentum Sanctus Sanctorum, tali scilicet unctione, quæ non solum ipsum efficit Sanctum, sed etiam Sanctum Sanctorum, hoc est, excellentissimum inter Sanctos, & alios omnes sanctificantem, quia quicumque sanctificantur, per ipsum sanctificantur, quicumque unguuntur, per ipsum unguuntur. Huiusmodi unctio est, figura sive unguentum quod à capite descendit in barbam, & deinde in oram vestimenti descendit, quia scilicet unctio hæc à Christo Capite & figuris Pontifice nostro descendit in Apostolos & Prælatos Ecclesiæ, qui per barbam intelliguntur, quia Christi proxime Christo adherent; & virile illius robur ostendunt; deinde per illos in oram vestis, hoc est, in ministros inferiores, imò in omnes Fideles descendit copiose.

De unctione autem qua unctus est ut Rex, illud 2a. Chri. intelligi recte potest: Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem, propterea unxit te Deus, Deus tuus oleo Rege. Letitia præ confortibus tuis. Hoc est, ipse Pater donis Spiritus sancti & gratia, quæ animam mire laudificant, consecravit te, & unxit abundantius quam omnes alios, qui debebant dona illa à te participare, Ideo vero unxit te, ut diligeres iustitiam, & odisses

odiffes iniquitatem, & ita haberes virgam, regnum, & thronum aequitatis tibi fecurum & perpetuum, attraheresque animas regias i odorem tuum, & ad sequelam tuam, cum gaudio. Hinc sequitur: Myrrha & gutta & casia vestimentis tuis, à domibus eburneis, ex quibus delectaverunt te Filia Regum in honore tuo.

ibid. 3.

3. Christus unctus ut Propheta Luc. 4.

Denique, de unctioe qua is qui hic dicitur Messias, unctus est, tanquam Propheta & Magister ac interpres Divinae voluntatis, Mysteriorumque arcana Domini Patris: recte intellexeris illud: Spiritus Domini super me, eo quod unxerit me, ad annuncian- dum mansueti misit me. Et hoc ipsum est, quod nunc agnosceret videtur mulier: Cum venerit ille annuntiabit nobis omnia. In hoc enim recte sciebat, sed illum ipsum annunciantem & docentem omnia nec dum agnoscebat: quia perfectè unctiois & luminis ejus nec dum plene confors aut pariceps erat. Ex Christi tamen presentia, aliquid unctiois, aliquid lucis, aliquid motionis & illustrationis inter- eternæ percipiebat, & in desiderium adventus Messiae & visionis ejus exardebat. Plenius autem erat mox verbo Domini illustranda & ungenta, dum diceret: Ego sum, qui loquor tecum.

Joan. 20.

Maria conversa corde Christum agnovit.

Nempe, non abimilis est hæc mulier Magdale- næ, quæ in horto alloquens Dominum, non nisi primo eum alloquebatur ut Hortulanum nec aliter agnoscebat eum. At postmodum eo loquente, ut solum verbum pronunciantem, & dicente, Maria, iterum conversa ad eum, quem prius agnoverat Hortulanum, dixit: Rabboni, quod dicitur Magister, agnovitque eum tanquam Magistrum suum, & Consolatorem, & Salvatorem. De qua re agens S. Augustinus Tract. 121. in Joan. advertit, quod in textu Evangelico hic dicitur conversa Magdalena ad Iesum. Primo, conversa est retrorsum, & vidit Iesum stantem & non sciebat quia Iesus est, qui dicebat ei: Mulier quid ploras? Secundo, conversa illa dicit, Rabboni. Nempe in prima ad eum conversio- ne, solum adhibuit sensus externos in ejus confide- ratione, ideoque putavit eum Hortulanum; post- modum & oculos cordis ac animi adhibens, agno- vit quis esset.

Audi S. August. verba, & expende: Sed ista mulier, que jam fuerat conversa retrorsum, ut videret Iesum, quando eum putavit hortulanum, quomodo rursus conversa dicitur, ut ei diceret, Rabboni? Nempe, quia tunc conversa corpore, quod non erat, puta- vit: nunc conversa corde, quod erat, agnovit. Sic dicimus de Samaritana, primo Iesum, secum loquen- tem solum externis sensibus attendebat ut Iudæ- um; deinde paululum assurgens, ex ejus gravi ser- mone & ore existimat ut Prophetam aliquem, qui tamen adhuc non satis plene ad questionem propositam de religione & Samaritanorum & Iudæorum respondere judicabat, ideoque ad Messiam rem per omnia determinanda remittebat. Sed tan- dem eo dicente: Ego sum, qui loquor tecum? agno- vit plenissime. Expendenda igitur sunt verba ista,

Judæi instantiter petebant è Domino: Si tu es Chri- stus, dic nobis palam, usquequo tollis animam nostram? Quo non obstante, Dominus eis respondere noluit; nunc autem mulieri adulteræ, & infimæ sortis, mulieri Samaritanæ, de ea re non interrogatus a- pette, respondet verbis perspicuis: Ego sum, qui loquor tecum. Sed cur instantibus Iudæis non idem re- sponderet? Rationem offert S. Chryostomus his ver- bis: Fidelior erat Samaritana Iudæis, qui non discen- di, sed arguendi causa rogabant. Nam si discere vo- luisset, verborum, scripturarumque, & miraculorum sufficiens eis fuisset doctrina Samaritana simplici & integra mente petiit. Audi vit eum, & credidit, & alios ad credendum adduxit. Hæc ille. Addere pos- sumus, quod sic voluit Dominus primitias Gentium honore afficere, eas dignas efficiens manifesta- tione tanti mysterii proprio ore. Audi hæc de re Rupertum huic locum explicantem: Ecce, inquit, quomodo Christus Samaritanæ alienigenæ semetip- sum credidit, quem Iudæi non crederat & ostendit illi honorandam nominis sui thesaurum quod in pa- tria sua, scilicet Iudæa, nec dum prodiderat. Ne mox, quod futurum erat, pretiosam nominis ejusdem mar- garitam porci conculcarent, & hoc sanctum canina rabie blasphemantes corroderent. Hæc Rup.

PARS II. De respon- so Christi Joan. 20.

Primitias Gentium Christum honore afficere ve-

prætermis- sit Iesus De- us sepe se peccatori- bus re ve- lat.

Uterius advertit S. Chryostomus, quod quan- doque etiam Christus se revelat peccatoribus, ju- stis prætermis- sitis. Hinc oculos aperient discipulis in se ipsi De- um sepe se peccatori- bus re ve- lat. Ego sum Iesus, quem tu prosequeris. Hæc & nunc Samaritana dicit: Ego sum, qui loquor tecum. Quod multi ex Apostolis non revelavit, palam meretrici revelat. Hæc tenus Chryostomus. Hæc ergo gratia & misericordia specialis Dei, nec enim ipsa digna erat tanti reve- latione mysterii, nisi divina misericordia, quæ non spectat hominum merita eam prævenisset. Sed nec ad verbum itud. Ego sum, qui loquor tecum, ita sub- bito crederet, nisi cum voce Omnipotentis vir- eus in cor ejus introiret; simul ergo & aures verbo Christi exteriori, & mentem verbo interiori ferit, cælestique lumine illustrat, simulque trahit intelle- ctum & affectum, ut intus percipiat & credat. Itaque illis verbis cœlestis illuminata est, & perfecte intel- lexit, & accipit aquam vivam, & gustavit, & velut inebriata est. Concepit enim fidem, spem, amo- rem, & zelumque gloriæ Christi, illum agnos- cendo, & Patrem adoravit & Filium in spiritu & veritate Hæc est nimirum aqua viva: Hæc est vita æterna, ut cognoscant Te, & quem misisti Iesum Christum.

O igitur breve, sed efficax plane verbum: Ego sum, qui loquor tecum! Hæc est enim Vox Domini in virtute, vox Domini intercedentis flammam ignis, flammam scilicet concupiscentiæ carnalis in corde Samaritanæ, & accendentis flammam divini amoris.

psal. 8.

psal. 41.

isa. 43.

amoris. Hæc est *Vox Domini preparantis cervos*, vel *preparantis cervas*, ut alia Lectio habet, Cito enim hæc cervam preparavit, eiusque pedes perfecit, ad eundem ad vitæ Fontem, ita ut possit dicere: *sicut desiderat cervus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus.* O felix vox: *Ego sum qui loquor tecum*, illam vocem antiquam cum consolatione & gaudio menti rememorans: *Ego sum, ego sum ipse, qui deleo iniquitates tuas: propter me & peccatorum tuorum non recordabor.* Et rursus: *Ego sum, ego sum Dominus, & absque me non est Salvator.* Dum enim dicit Dominus huic Samaritanæ: *Ego sum, qui loquor tecum*, idem est, ac si cordi ejus diceret: *Ego sum salus, via, pax, gloria tua.* Prius loquebatur tecum Satan, Caro, Mundus, suis te demerens illecebris: nunc illum solum audire debes, qui est sapientia justitia, sanctificatio & redemptio tua: ego autem sum, qui loquor tecum, Quando alloquitur Iesus animam pro conversione sua, quam efficaciter loquitur! Dicit Paulo: *Ego sum Iesus: & cum mire convertit paucis his verbis.* Dicit Judæis: *Ego sum, & omnes proferunt retrosum.* Dicit discipulis post Resurrectionem: *Ego sum, & omnem abstergit timorem ac trepidationem, erigit in spem, pacem eis confert & lætitiâ.* Loquere, Domine, animæ meæ, & dic: *salus tua ego sum.* Dic illi: *Ego sum, qui loquor tecum.* Loquere, & sic ut audiam quid loquaris in me, quoniam loqueris pacem super eos qui convertuntur ad cor: Loquere mihi remotis arbitris, loquere apud Fontem, & pota animam sitientem, ut à te non recedat vacua & sterilis, sed irrigua & plena, plenitudine gratiæ & veritatis.

LECTIO XII. TRIPART.

Et continuo venerunt discipuli ejus, & mirabantur, quod cum muliere loquebatur.

PARS I.

Cur in colloquio cum Samaritanæ discipulis abesse voluerit.

Occulta peccata sic corrigenda, ut peccatis fama non laedatur.

Primo est hic notatu dignum, quod Dominus: *Agere volens cum Samaritana peccatrice* (quia de eius peccatis agere oportebat, & vitam ante fordiam arguere & detegere, alluciendo eam ad confessionem flagitiorum præteritorum) noluit discipulos suos adesse, ne hoc ei rubori foret, aut confusioni. Sed abierant illi ad cibos emendos in civitatem. Hoc autem fiebat speciali Dei dispositione, ut huic soliloquio Christi & mulieris, quod maximum erat momenti ad eius conversionem, daretur occasio nemine impedimento præstante. Docet ergo nos hæc ratio, & hoc suo exemplo Christus, sic esse corrigenda occulta illorum peccata, ut peccatis fama & opinio non lædatur, quando utrumque simul fieri potest. Aliquando enim bonum publicum postulat, ut privata etiam & occulta peccata publice propaleantur, & arguantur, ac plectantur.

Sic S. Petrus invenitur in Ananiam & Saphiram, qui occulte sibi detinuerant, de pretio agri venditi,

ita ut in conspectu totius multitudinis expiraret. *Enim* Hoc nimirum factum fuit ad terrorem novellæ Ecclesiæ, & ad disciplinam in ea ab initio sanctam. *Septem* dam, ut eam nullus vel occulte audere violare, & Spiritui S. mentiri, ut interpretantur SS. Patres inter quos S. Cæsarius Nazianzenis frater Dial. 5. sic interrogat: *quare S. Petrus enormiter ipse lapsus, veniam consecutus, veniam quoque non dedit Anania & Saphira, sed in una hora utrumque verbo occidit?* Videtur namque exiguus esse lapsus, respectu illius abnegationis. Aurum enim absconderat: propterea non alienum. Vel etiam si alienum fuisset, non est par peccatum, privatam rem parum quid absconderat, & abnegasse IESUM. Respondet huic quaestioni Cæsarius his verbis: *Non est dementia primarii illius adversus fontes terror, sed præsentia disciplina, plurima mortalium sonantis vitia.*

Sic idem S. Petrus insurgit acriter adversus Simonem Magum, qui rudis adhuc in Christiana doctrina, obtulerat pecuniam, ut haberet potestatem donandi S. sacrum. Inflammatum enim irâ Petrus, vult hoc ab omnibus sciri, & propalari, minaturque ei publicè perditionem, ut omnes eius sequaces terreat: *Pecunia tua tecum sit in perditionem, quoniam existimasti donum Dei pecuniâ possideri. Non est tibi pars, neque fors in sermone isto: cor enim tuum non est rectum coram Deo, in felle amaritudinis & obligatione peccati video te esse.* Quid acerbius? Nempe Petrus, tanquam Ecclesiæ Caput, noverat in pecunia latere jaculum, quod Ecclesiam ipsam posset perdere, & à S. sancto initiatam eius disciplinam. Si antiquitus in pomo latuit venenum. Adamum inficiens, & ejus posteros: Sic in pecuniâ latebat virus, Ecclesiam totam cum capite infecturum, nisi jam exordio recederet. Hoc S. Clemens satis significavit, dum ex ore S. Petri lib. 6. Constitut. cap. 7, sic pronuntiavit: *Voluntas diaboli erat, ut ipsum Adamum post degustatum cibum interdum promissa immortalitate privaret: Sic & nos pecuniâ delinens dono Dei privare volebat si hæc permutatione factâ donum Spiritus sancti, quod estimationem superat, nummis addiderimus.* Ideo igitur hæc in re adeo se verè se gerit S. Petrus, delictum suum publicans & perditionem comminans. Sic & ipse Dominus austerè & impeniosè egit: (qui aliàs leniter) dum eiecit vendentes & ementes de Templo, quia pro futuris Temporibus documentum exhibebat in Ecclesiastica disciplina servandum. Hoc tamen ibi notatur, quod dicitur: *Capit eiecit vendentes & ementes in Templo.* Non enim omnes adhuc eiecit fonte: & si univèrsè eiecerentur, pauci relinquerentur, quia negotiantium, venditorumque & emptorum numerus, multum in Ecclesia creverit.

Sed hæc specialis sunt divini dispositionis & justitiæ exempla, propter disciplinam quandoque severè exhibendam. Interim Christus Dominus ut ostendat peccitantes allucendos, & suaviter recipiendos benignissimè ait erga hanc Samaritanam, *Sive:*

hinc remotis omnibus discipulis eam alloquendo, sive admonendo cum omni suavitare detectis ejus peccatis, sive sese manifestando sine velo, & nihil austerum ei præcipiendo. Hæc considerans S. Dionysius in epist. ad Demophilum, per sapientiam sibi datam cum redarguit, quod penitentem quempiam, qui à Fide defecerat, prohibuisse recipi, & ad sacerdotis pedes prostratum abstraxisset, zelo non secundum scientiam, sic enim ibi ait: Non habemus Pontificem qui non possit compati infirmitatibus nostris, sed ipse innocens, non erumpet, neque clamabit. Misit enim est, & propitiatio pro peccatis nostris. Quapropter non recipimus; ò Demophile, tuos zelantes impetus, etiam si decies milles resumas Phineem & Eliam: cum audierimus illa que placebant & displicebant benigno IESU à Discipulis ejus qui fuerunt in carni commoratione participes mansueti & benigni eius spiritus: Docere enim, non cruciare oportet ignorantes sicut & cæcos non cruciamus, sed manducamus. Hæc ille.

Igitur Christus Dominus docere volens, hæc ignorantes non cruciare, volensque manducare hæc cæcam & errantem, seorsum alloquitur eam, ne ei cruciatus videatur vel sola sui peccati coram aliis manifestatio, aut correctio. Ideoque dicimus providentiâ speciali factum fuisse, ut Discipuli abesse...

tur cum muliere, nõ verò dicitur, eam muliere illa, vel cum muliere tali, &c. Ita, locutio cum muliere videtur causa admirationis. Monentur ergo hic illi quibus ex officio incumbit mulieres alloqui, quantum potest fieri, alloquantur eas ad eorum salutem in loco patenti & publicè, tollaturque sic omnis sinistra opinio. Huc referunt sacri Doctores, quod Christus Mariam Magdalenam pedes ejus exoculari volentem, mox à resurrectione, haud permiserit, donec cum aliis mulieribus eam invenit: quasi hoc exemplo docere voluerit, haud facillè agendum cum mulieribus remotis arbitris, etiam de his quæ salutis sunt.

Dixi non facillè privatim cum mulieribus agendum; nam quandoque ex speciali spiritus instigatione, viri sancti in domo impudicarum mulierum hospitati leguntur, ad salutem & conversionem earum. Notum est ex historia S. Dominici, quomodo hospitatus sit per Quadragesimam, in domo quadam, ubi mulieres nonnullæ impudicitæ vacabant, easque verbo salutis; exemplo conversationis, austeritatis jejunijs & humicationis, aliisque poenitentiae operibus ad castimoniam traduxerit, & ad obsequium perfectum divinæ servitutis.

Notum etiam est quomodo S. Paphnutius Thaidem meretricem converterit, ad eam accedens, & in conclave secretum eam subsecuens, quasi luxuriæ consummandæ gratiâ: revera autem captans, occasionem divinæ presentiae ei representandæ, & ad ejus gratiam eam pertrahendæ. Quod & fecit efficacissimè, ut diximus in Horto Pastorum, tract. 2. l. 1.

Sed hic non est prætereundum, quod de Aframeretrice, tanquam altera Samaritana. Historicæ tradunt sævientem persequutione, Narcissus Episcopus venit Augustam Vindellicorum, & nesciens quò diverteret: cum Diacono suo Felice ingressus est ad Afram meretricem. Illa putans turpitudinis studio eos venire, parat cenam, & omnia pro more, cum tribus impudicis puellis suis, Episcopus veniens ad sumendum cibum, orare cepit & psallere. Afraque tale quid non viderat, stupens rogat, quis sit; dicitque esse Episcopum Christianorum. Mox pedibus ejus advolvitur, & ait: Vnde tu hinc Annesis, quod me turbior in urbe non reperitur? Cui Narcissus: Salvator ab impurissima tactus muliere inquinari non potuit: sed sordes ejus omnes expiavit, nec mirum, quia & splendor solis in cloacâ manet intaminatus. Tu filia suscipe lumen vite, & fidei; ut omni fide purgas a postis ad meum introitum perpetuam gaudere claritate. Dicit ei Afrâ: Plura admispicacata, quæ sunt pili capiti mei, quomodo expiabor? Respondet Narcissus. Crede, baptizare, salva eris. Tunc illa advocans puellas, dicit: Hic qui ad nos venit, Christianorum Episcopus est, & dixit mihi: Si credideris, & baptizata fueris, salva eris. Quod vobis videtur? Eunomia, Digna, Eutropia res-

Exempla sanctorum cum mulieribus agentiam ad earum conversionem.

1.

2.

3.

Savins & alii, s. 44. g. ff.

Pars II. Cur mirantur discipuli Christum cum muliere loqui. Resp. 1. D. Tho. in c. 4. Ioan. Resp. 2.

Secundò notatu dignum est, quod dicitur: Mirati sunt Discipuli, quod cum muliere loqueretur. Si quæras à S. Chrysothomo, quæ fuerit hujus admirationis causa? Respondet: Mirabantur Discipuli facilitatem & incredibilem Christi humilitatem, quod tam clarus, & tanti hominis pauperem & Samaritanam mulierem benignè alloqui non dedignaretur. Si quæras à S. Thoma rationem ejusdem admirationis Respondet: Mirabantur quod cum alienigena loqueretur. Sciebat nempe non couri ludæos Samaritanis. Sicut ergo mirabatur primùm fecmina illa, quod à se Samaritana potum peteret Christus: ita discipuli mirabantur, quod sermonem continuaret cum Samaritana. Non tamen aliquid finistrum cogitant, sed quia insolitum erat Christo loqui cum mulieribus præter eas quæ sanguine sibi junctæ erant & noxæ, ideo mirati sunt tanquam aliquid novum, quod cum hac ignota misceret colloquia.

Resp. 3.

Si quæras à S. Cypriano rationem ejusdem admirationis: innotat ipse admiratos fuisse, quod remotis arbitris fecmina alloqueretur. Et hoc loco utitur Cyprianus, ad probandum esse vitandum consortium cum mulieribus. Sic enim ait lib. de insinuatione Clericorum: De Apostolis breviter probari potest: quantum eum fluxa familiaritas potuit displicere qui compulsi sunt & de ipso Domino loquente cum femina dubitare, nisi ipsos majestatis notitia probata compefceret, sicut Evangelista refert dicens: Inter hæc venerunt discipuli ejus, & mirabantur quod cum muliere loqueretur. Adverte, quod simpliciter dicitur

Vitandum mulierum consortium



ponderunt: Tu nostra Domina es, sicut te scilicet sumus ad inquinamenta, sequemur ad impetrandam peccatorum veniam. Dum hæc conserunt, nox advenit, Episcopusque cum Diacono totam noctem orando & psallendo transiegit. Fecit idem Afra cum puellis. Orto Sole, advenere satellites, inquirentes hos Christianos. Illa abscondit eos, abiitque ad Matrem suam Hilariam, & dixit: Episcopus Christianorum venit ad me, & tota nocte expendens manus ad Deum, nos secum voluit orare. Sub pulorum cantum extincta est candela, properans que accendit, non potui. Dixit verò ad me Diaconus ejus: Noli expetere lumen quod extinguere potest, videbis mox lumen quod non potest extinguere. Et dixit Episcopus: Veni lux mea calitius, ostende faciem tuam, & salvemur. Mox apparuit fulgur è caelo, permanlitque lux illa donec aurora prodiret. Cumque suas sic absolvisset preces, iussit nos diceret. Amen sic sentim te subdixit splendor ab oculis nostris, & dixit: Magna te injuria affecti, Domine ad me diversens, sum enim peccatrix & impura nimis. Respondit: Quo me misit Dominus, illic ingressus sum. Deinde manè venerunt qui eos comprehenderent. Ego verò abscondi eos sub lino, sed timeo ne seruentur lumen, & eos trahant ad supplicium. Si vis, adducam eos ad te, Promiserunt enim mihi, me efficere Christianam, & expianda baptismo omnia peccata mea. Exhilarata est Hilaria, dicens: Praestet hoc mihi Christianorum Deus, ut hæc mihi salus & purgatio contingat per baptismum. Filia, roga ut veniat nocte ad me. Venit ergo ille, & Hilaria ad pedes provoluta, dicebat: Obsecro ut cures me mundari à peccatis. Cui Narcissus: Beata est fides tua, que ante auditum Dei verbum credidisti, & veritatem Dei, quam per verba prædicationis vix cognoscunt homines, in tua mente fundasti præparare ergo vos hæc hebdomadâ per preces & jejunium, octavo die expiabitini, eritis que à peccatis puri, instar infantium. Tunc Hilaria aperuit ei omnem animæ suæ statum, dixitque: Parentes Cyprii huc venire cum sacris Veneris, Veneris autem colitur ab illis feminis que se foratationi dant. Ideo filiam meam sacris Veneris dicavi opere meretricio. Narcissus hæc audiens, ingemuit, & illachrymans dixit Diacono: Floremus, & rogemus, ut ubi abundavit iniquitas, superabundet gratia. Cumque orasset cum lachrymis, apparuit Æthyops nudus & horridus, toto corpore lepræ sanie scatenus, cum mugitu egrediens. Baptizata est ergo Afra cum cognatione suâ; mutataque est ejus domus in Ecclesiam, quia multi clam veniebant, & convertebantur. Postmodum & ipsa martyrium subijt cum fervore. Cum enim Iudici esset præsentata, & interrogaretur: Quid est quod sacris Veneris post habitum in novam superstitionem te inducis? quidve tibi commune cum Christianorum sacrificiis? Respondit ipsa: Dominus Iesus dicit se ob peccatores venisse, & cum ille manducavit, ut misericordiam vemo desperet. peccatrix etiam mulier lachrymâ lavit pedes

ejus & mulierem adultæram dimisit, ut ultra non peccaret, cur non sperem ad eam misericordiam? indigna quidem sum ut sacrificium offeram, immaculatam tamen offeram me ipsam, ut corpus per quod peccavi, penas luat, & sic abluatur.

An non tibi videtur colloquium istud Narcissi cum Afra, simile colloquio Christi cum Samaritana? Vtraque meretrix erat: utraque nihil minus cogitabat, quam de salute & conversione animæ. Hæc accedit Christus, istam accedit Narcissus, Christus alloquitur Samaritanam de aqua quæ lumen extinguit, & nunquam perit. Narcissus alloquitur Afram de lumine quod tenebras discit, & nunquam extinguitur. Ad illam aquam sibi propositam Samaritani aspirat, & tandem pertingit. Ad illam lucem sibi propositam tandem pertingit & Afra, per illuminationis sacramentum, hoc est, per Baptismum. Felix ergo utrobique colloquium, felix utrobique mulier; hæc illuminata luce gratiæ, illa potata aquâ vitæ. Ne mireris quòd cum impura muliere loquitur Narcissus, quandoquidem cum muliere impura locutus est Christus. Sed utique loquitur de puritate: utraque verbum & verbi præconem excipit cum reverentia & honore, ideoque utraque participat de divina benedictione.

Non sic quædam mulieres, de quibus in via S. Jacobi Nisibitæ. Hic religiosus & solitudinis amator, cum in Persidem veniret & circa fontem quendam (ut Christus apud fontem Samaritanæ) pertransiret puellæ quæ pannos lavabant, & velles pedibus emundabant, nec habitum transiebat, nec ejus gravitatem sunt reveritæ: sed per fricta fronte, im pudens oculis, divinum hominem adpiciebant, nec capita operientes, nec vestes quas fuscinerant demittentes. Hoc ægrè ferens Vir Dei fontem male dixit, & mox fluentem evanuit. Puellarum quoque impudentiam castigavit, canis eas efficiens capillis. Illæ videntes fontem effluxisse, seseque intuentes invicem, & agnoscentes capillos suos canos, in urbem festinarunt, & quod gestum erat nunciatur. Ille multorum rogatus precibus, fecit ut rursus Fons fluere: sed quia non accesserunt illæ puellæ ad ipsum, reliquit eis canitrem, documentum futurum, & divini virtutis monumentum.

Tertio notatu dignum est, quod de discipulis Cur non dicitur: Mirabantur Christum loqui cum muliere; Nemo tamen dixit: Quid quæris aut quid loqueris cum ea? Vbi docemur, nec judicare suillere, gare, que nec curiosè de rebus alienis inquirere. Discipuli ergo non judicaverunt temere, sicut potuissent aliqui imitatores Phariseorum, si hinc adfuisset. Si hic verbum adfuisset Propheta, scire utique qualis esset mulier hæc, nec quia peccatrix est. O quam multi erant temere judicando, licet sibi videantur quædam signa quasi a curiosa perta cernere! Quis Ioseph non suspicaretur adul-

Colatit Samaritanæ cum Afra.

Sarim et alii, 94.

Cum mulieres

Præ III

Cur non dicitur: Mirabantur Christum loqui cum muliere; Nemo tamen dixit: Quid quæris aut quid loqueris cum ea? Vbi docemur, nec judicare suillere, gare, que nec curiosè de rebus alienis inquirere. Discipuli ergo non judicaverunt temere, sicut potuissent aliqui imitatores Phariseorum, si hinc adfuisset. Si hic verbum adfuisset Propheta, scire utique qualis esset mulier hæc, nec quia peccatrix est. O quam multi erant temere judicando, licet sibi videantur quædam signa quasi a curiosa perta cernere! Quis Ioseph non suspicaretur adul-

Tom quem videt à Domina sua accusatum, pallium in testimonium exhibente? Quis idem non suspicaretur de Susanna accusata à senioribus & iudicibus populi? Patuit tamen postmodum utriusque castitas & innocentia.

Exemplum temere iudicantis.

Notabile admodum est quod referunt Vita Patrum p. 1. de Vitalio monacho. Hic quandoque ingrediebatur prostibula, ut meretrices commoneret, & turpi quaestu avocaret; pecuniaque pacificabatur cum eis vel unius noctis contineciam. Ipse interim in angulo quo preces pro eis continuas fundebat cum lachrymis. Quodam egredienti illi de prostibulo, occurrit quispiam, & colaphum impetit, dicens: *Vsquequo, illoso Christi, non emendas te ab his nequitis?* Mox vero à Dæmone correptus fuit ob temerarium iudicium, & injuriam factam Viro sancto: nec potuit liberari à Dæmone, nisi per illum quem percussisset temerarij. Nam ubi agnovit culpam suam, ejus oratione sanatus est, & liber redditus. Quapropter postmodum in cellula Viri sancti inventum est hoc scriptum: *Viri Alexandrini, nolite ante tempus iudicare, donec veniat Dominus.*

Sicut verò Discipuli nihil hic temere vel finitè judicaverunt aut dixerunt; sic nec curiosè sese gerunt inquirendo quid Dominus loqueretur cum muliere, quamvis proprium sit admirantium aliquem effectum, scire velle causam, & rationem ejus. Sed ab hac curiositate sese continerunt, omnia in Magistri voluntate referentes, & quæ ad se non spectabant, haud curiosè investigantes. Quapropter S. Basiliius in regulis suis disputans c. 48. dicit hic condemnari curiosos, qui quæ ad se non pertinent, investigant sollicitè, & scire volunt non sine inquietudine.

Ecl. 21.

De his dicebat Sapiens: *pes stulti facilis in domum proximi.* Hoc est; ejus mens & oculus abit facile ad aliena consideranda, negligit propria. Plutarchus lib. de curios. hos dicit esse similes mulieri cuidam, cui nomen *Lamia*: quæ quoties volebat domo egredi, oculos accipiebat, & capiti inferebat; cum verò domi ageret, in arca illos recludebat. Sic caeca domi erat, foris videns. Hoc finxerit Poëtæ ad carpendum curiosos; sunt enim huic mulieri similes. Dum foras egrediuntur, ferunt secum centum oculos, ut aliorum vitia & negotia, immò & secreta scrutentur: apud se verò cæci sunt, & sua non vident. Hos curiosos exploratores actionum proximi, & postmodum iudices temerarios, sic monet S. Bernardus. serm. 56. in Cant. *Cave alienæ conversationis esse curiosus explorator, aut temerarius iudex: etiamsi perperam quoddam deprehendas, nec se iudices sed proximi magis excusa: Excusa intentionem si magis non potes, puta ignorantiam, puta subreptionem. Addece possimus, quòd Christi ipse inquietos nimis & curiosos interrogatores videatur retundere, dum Petro interroganti de Ioanne, *Hic verò quid?* Hoc est, quem vitæ sortiturus est exitum? Respondet: *quid ad te tu me sequere.* Quali*

Curiosus Lamia simili.

dicat: *Audisti, Petre, quæ ad te pertinent, quid aliena quærâ? cur divina providentia secreta rimaris? Respice in tuam vocationem, non in alienam: ego de alio curabo. Si hic manet, mihi manet: si non manet, mihi non manet; quid tua refert?* Vtinam hanc sententiam attendant nimis anxii & curiosi in his quæ alio concernunt, & in suam ipsi vocationem sedulo respiciant, sicque de se satagant, ut Christum perfecte sequantur.

LÉCTIO XIII. TRIPART.

Reliquit hydriam suam mulier, & abiit in civitatem, &c.

Primus fructus doctrinæ Christi in hac muliere elucescit, in eo quòd prioris sitis & aquæ obliviscitur, quòdque hydriam ibi & funem relinquit. Nempe auditò verbo Domini, fidem tanti sibi revelari mysterii concipiens, multum mutata est ab illa quæ erat in principio. Quæ enim nec parum aquæ Christo propinare voluit, jam propter eum & hydriam relinquit & funem. Et cui toties venire ad fontem, etiam ut sibi aquam hauriret, grave videbatur; nunc etiam sine aqua ad civitatem abire, & rursus ad fontem apud quem Christus manserat, redire per se ipse illi est. Nempe verbi divini sincera mente concepti mirabilis est efficacia, quæ corda dura emollit, & inedulam mentem, rebellemque voluntatem citò & potenter ad se convertit.

PARTE. Fructum doctrinæ Christi est se, hydriam relinquit ostendit.

Cæterum, quòd ibi relinquit hydriam, quamvis literaliter dicit posset quòd in usum Christi & discipulorum ejus, qui ad venerant cum cibo è civitate, eam reliquerit: ramentum passim SS. Patres & Interpretes mysterium hic agnoscunt, & nostram significationem aperiunt. Volunt enim significari, quòd qui Christum verè gustent, & ab eo aqua viva potantur, soleant oblivisci eorum quæ prius male studebant, nihil aliud desiderando quam voluntatem Dei adimplere. An non S. Paulus sciens sanguinis & cædis Christianorum, mox ubi Christi voce monitus aquæ vivæ guttam percepit, obliviscitur priorum, & Domino inquit: *Domine, quid me vis facere?* An non S. Mattheus avaritiæ sitim patiens, vocatus à Christo ut gustaret aquam vitæ, mox secutus est, relinquens omnia illa quibus inhærebat? Relinquit igitur sicim præteritæ cupiditatis, qui verè ad Deum convertuntur. *Relinquant hydriam*, quæ potum solebant dare Sathanæ, ut poterant à Deo aqua vitæ, *Relinquant hydriam*, id est, onus peccatorum, ne amplius sint onerati, accedentes ad eum qui dicit: *Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos.* Relinquant hydriam & onus Babylonis, sive confusionis, cum liberate confessionis, ut subleventur & reficiantur. *Relinquant hydriam & onus Damasci*, sive onus sanguinis, ut purificentur à peccatis sanguinum, per aquam vitæ & sanctificationis *Relinquant hydriam*, &

Relinquit hydriam est relinquitur peccatum.

Matth. 10.



onus Egypti, sive tenebrarum, respirantes ad veram lucem, quam potest illi dare, qui est Lux de Lumine, Lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum Relinquunt hydriam & onus Moab, sive onus superbiae, quia superbus est Moab, superbus est valde & arrogantia eius plusquam virtus eius. Per hunc Diabolus significatur, qui eos oneravit multiplici onere tenebroso, confusibili, sanguinolento, ita ut egeant illuminari, sublevari, purificari.

Isai. 26.

Relinquere hydriam, occasionem. Ut veterius, relinquere hydriam, significat non solum relinqui peccatum, sed etiam peccati omnes occasiones. Sic reliquit pallium Ioseph in manu ad-ulteræ, ne contaminaretur, vel actu illius vestis quam impura mulier attigerat pessima voluntate. Sic reliquit telonium Mattheus, ne ultra rediret ad occasionem iniustitiæ, vel avaritiæ. Sic fucum & ornatum omnem deseruit Magdalena, postquam unguento & capillis suis honorarat Dominum, ne ultra vanitatem sectaretur, quæ vestigiis inhæret veritatis, sedendo ad pedes Domini, & eos exoscullando. Sic Paulus epistolam reliquit suæ commisionis execrandæ, ne ulterius ulla reliqua foret occasio crudelitatis.

Relinquere hydriam, est propter Christum temporalia relinquere. Denique quod mulier reliquisset hydriam dicitur, significat propter Christum omnia temporalia esse contemnenda & relinquenda. Ideo Petrus & alii propter illum retia relinquunt. Pastores qui ad eum infantem venerunt, reliquerunt gregem. Reges plebes suas & domitia deseruerunt. Multæque mulieres eum sequentes à Galileâ, non solum hydriam, & familiam propter ipsum reliquerunt. Imò & postmodum Martyres hydriam suam, hoc est vas fictile corporis proprii conteri permiserunt propter fidem ipsius, ut reliquæ hydriam fidem annuntiarent omnibus, & ad cœlestem civitatem contenderent, omnesque voce sanguinis sui ad illam convocarent.

Et proprium conternere corpus.

Iucundum est hæc de re audire quod de S. Iraide habetur 22. Septemb. in Martyrol. Romano, quod sanæ ad propolium nostrum omnino spectat. Sic ibi refertur Antinopoli urbe Egypti S. Iraidis, virgo Alexandrina, instar Samaritanæ descendens cum hydria, ut hauriret de fonte propinquo mœnibus urbis, vidit naviculam plenam Christianis compeditis ob Fidei confessionem. Hæc igitur illi cō hydriam relinquens, Spiritus sancti instigatu sese in numerum eorum recepit, sicque in urbem deducta est, & variis cruciata tormentis. Post multa tormenta decapitata est, & prima fuit quæ inter omnes palmam martyrii obtinuit. Hanc deinde secuti sunt multi Sacerdotes, Diacobi, Virgines, & mulieres, per gladium & sanguinem transcentes. Itaque reliquerat hydriam apud fontem ancilla hæc nobilis, ut Christo adhereret. Atque ut ipsum perfectius sequeretur, hydriam corporis sui conteri voluit, ut & sic exemplo suo multos ad Christum adduceret. Videbatur ei Christus dixisse, quasi alteri Samaritanæ, Da mihi bibere; illaque non solum ei a-

quam, sed & sanguinem suum propinavit, quasi diceret: Calicem salutaris accipiam, & nomen Domini p̄fatus invocabo.

Secundò fructus doctrine Christi in Samaritana fuit, quod Spiritu Dei plena festinavit in civitatem, ut eam repletet bonâ famâ & odore Christi. Ob hanc causam quoque dicitur reliquisset hydriam, ut liberior ab onere celeriter iter perageret, sperans Christum ibi aliquantulum commoraturum, donec cibum caperet, discipulis eum afferentibus. Patet ergo quàm verum hic sit illud S. Ambrosii: Ne sit tarda molimina Spiritus sancti gratia. Unde hæc celeritatem gratiæ acceptæ ad sese in locos diffundendam notans S. Cyrillus lib. 2. in Ioan. cap. 9. sic dicit: Charitate, quæ virtutem optima est, successus bonum quod ei conigit; ceteris quoque cursu præbere studebat. Nec mirum. Occultus enim cum ipsa Christus loquebatur, adens gratiæ accepisset, gratiæ date. Non ergo imitandum est ille servus qui talentum obruit, sed multiplicanda sunt quæ accepimus: quod probè mulier hæc fecit, quæ Samaritanis omnibus proposuit quæ accepit. Hæc ille. Vbi satis insinuat, Christum qui moverat cor ejus ad credendum, simul etiam impulsit ad alios convocandum, ut multiplex ex doctrina sua, mulier uni tradita, fructus exoriretur. Invenit illa thesaurum in agro, nec sibi soli abscondit eum, sed mox aliis indicavit, ut eam boni fierent participes. Invenit fontem sibi & omnibus sufficientem; ideoque ad illum cunctos convocavit. Adimplet certè illud Sapientis: Quæ sine fisione didici, sine invidia communico.

Hinc SS. Patres passim eam dilaudant, & Apostolico officio fungam dicunt. Quamobrem eam modo à postolam vocant, modo Evangelistam, modo Prædicatricem. Audi sanctum Ambrosium ser. 20. hæc quæ peccatrix advenerat, reversitque Prædicatrix. Quod quidem amplificans, & explicans ibidem ait: Relinquens aqua vasculum ad civitatem non fert hydriam, sed refert gratiam. Vacua videtur reverti onere, sed plena revertit sanctitate. Quæ hydriam vasculum amiserat Christi plenitudinem reportabat, in nullo civitati inferens detrimentum. Quia si aquam civibus non retulit, tamen fontem salutis invenit. Hæc ille.

Audi & S. Chrysostrum Hom. 2. in Ioan. explicantem cur reliquit hydriam mulier; & abiit in civitatem. Sic enim ait, comparans eam com Nicodemæ, qui nocte venerat ad Christum: Credit continuo mulier, Nicodemus sapiensior & fortior. Ille huiusmodi pluribus auditis, neminem ad vocavit, neque sibi confidit: hæc Apostolico officio functa est, omnibus audita annuncians, & populum ex civitate ad Christum advocans hæc S. Chrysostr. Possimus & eam comparare Andreæ, qui ubi postem transgesserit in colloquio Christi, dum adhuc Ioannis discipulus foret, sequenti die occurrentis fratri suo Petro, dixit: Invenimus Messiam, & adduxit eum ad Iesum, Sed si Andreas unum aut alterum adduxit, ad Is-

Rom. 10.

ad Iesum; hæc, quoad potuit, omnes traxit suos concives ad eum, nec contenta fuit corde credere ad iustitiam, nisi & publice ore confiteretur ad salutem, non solum suam, sed & aliorum quorumcunque. Idemque videtur apud semetipsam dixisse quod olim leprosi, dum liberatam invenirent Samariam ab oblatione: *Hæc dicitis boni nuntii estis, si tacuerimus, scelera arguemur.* Iam incipit liberari Samaria ab hostis spiritualis oblatione; igitur nec recandum id, quia dies boni nuntii est.

4. Reg. 7.

Attende ergo mirabilem mutationem dexterae Excelli. Quæ antea scorum erat, nunc est Apostola, & Evangelista, civibus suis Christum evangelizans: quæ antea ad peccatum alliciebat, nunc ad Christum omnes conatur adducere. Quis id potuit nisi digitus Dei, qui potens est vas contumelie, in vas transferre gloriæ; & de lapidibus sibi filios Abraham suscitare: ac de petra aquam educere; aquam que etiam amarissimam, in viam convertit: Ecce illa que furivas aquas bibebat in silentio, sibi tunc suaves, nunc agnoscit quam fuerint amaræ: dum illum jam agnoscit, quem solum debet amare. Potata namque haustu aquæ vivæ, tanta afficitur suavitate & dulcore, ut cum in omnes refundere gestiat.

Prov. 9.

Iam videtur illud intelligere: *Spiritus & Sponsa dicunt, Veni; & qui audit, dicat Veni. Et qui sitit, veniat: & qui vult, accipiat aquam vitæ gratis.* Spiritus Domini præveniens sua gratia hanc Samaritidem, dicebat ei interius *Veni.* Et Sponsa, quam sibi Christus Sponsus novus jungere incipiebat, idem tenebatur ejus interiori auri insonare. Ipsa vero obediens, sed volens multos secum venire festinavit, ut alii diceret: *Veni & videre.* Quasi diceret: Accedite, & mecum accipite aquam vitæ gratis.

Apoc. ult.

Inimò ipsa typum gerebat Sponsæ Christi, hoc est Ecclesiæ ex gentibus congreganda (cujus primitiæ fuerunt hi Samaritani, cum sua Prædicatrice.) Illa enim Ecclesia ex gentibus collecta per Apostolorum voce, mox auditio Christi nomine, gaudio exsultat: & relicta hydra, hoc est cura carnis, & cupiditate, ac curiositate sua (quam iuvani Philosophia, vel fluxus rerum temporalium voluptatibus implere satagebat) abiit, & omni onere deposito solum Christi nomen peccatoris & ore bajulans mundum omnem clamore boni nuntii implevit, invitans ad credendum, festinans ad generandum spiritualium turbam filiorum, adeo ut grande miraculum fieret omnibus mundi amatoribus. Immo in tantum prævaluit in ea virtus aquæ vivæ, ut non solum cupiditates abjectas rursus bibere non appetere: sed etiam ipsam animarum stillitia vasa, corpora scilicet abiceret, ac in mortem traderet. Sic multitudo Martyrum coronata est, ob virtutum aquæ vivæ internam omnia tormenta exteriora contemnens.

Samaritana typum gessit Ecclesiæ ex Gentibus congreganda.

Samaritana suis

Sed attendamus, quibus verbis hæc Samaritana suis civibus Christum evangelizavit, & eos ad vitam horiger.

illum adduxit: *Veni, inquit, & vide: & hominibus qui dixit mihi omnia quæcumque feci: nunquid ipse est Christus? Quare non aperit Christum hunc esse asseverat, & asseverando annuntiat, sed quasi dubitanter videtur dicere: Numquid ipse est Christus? Resp. Hoc non provenire ex eo quod in ipsa sit adhuc aliqua incredulitatis vel dubietatis reliquia, sed provenire ex humilitate, quia illos fidem tanti mysterii consequi suâ narratione, indignam se iudicavit; nec sibi tantum auctoritatis auctoritas arrogare, ut doceret unde dicitur: *Veni & vide, confidens si ad Christum accederent, absque dubio ab eo perfecta fide imbuedos & perfectè contendos.* Prudenter interim eos trahere studet, miraculum narrans, & sic ad fidem eos disponens. Certè, si statim Christum adesse prædicasset, verèbatur ne cives, quibus mores ejus cogniti erant, potius cujusdam insanæ mentis arguerent, & rejicerent. Non contenta autem per modum miraculi eis narrafse, quod omnia quæcumque fecerat, ei Christus detexisset, h. e. præcipua vitæ suæ vitia: etiam invitavit eos ad experiendum & probandum, an Christus sic, veniendo ad eum; seque cum illis venturum pollicetur, quia nimirum redire rursus gestiebat ad eum, à quo tanto affectu fuerat beneficio.*

Civibus Christum Evangelizavit.
Cyrl. l. 2. c. 100.

Arque verisimile est, etiam si Evangelista solum generaliter & breviter hoc describat, ipsam eis enarrasse sigillatim quicquid à Christo audiverat & retexuisse colloquium quod cum ipso habuerat apud fontem de aqua viva, & de adoratione in monte, de adoratione in spiritu & veritate: & quomodo ei dixerit se habuisse quinque viros, & hunc non esse suum. Neque enim honori suo pepercit, ut Christi nomen & benignitatem redderet manifestam. Sic & sanctus Paulus ut celebraret gloriam & misericordiam Christi, vitæ præteritæ mala contra eum à se peracta aperit, ut & sic aliis profectum possit. Sic etiam hæc Samaritana ab ægritudine periculosissima & ulcerosa per Christum sapientissimum Medicum sana effusa, ubique sui Medici sapientiam prædicat, ut omnes ægros ad eum invitet; simulque sua ulcera & ægritudinem illis aperit, & exaggetat, ut non despondeant animum, sed confidant se certò ab illo liberatos iri.

Samaritana colloquium suum cum Christo suis recensuit.

Nec hoc quoque hic prætereundum est, moralem concernens doctrinam, non insolitum esse divinæ providentiæ, peccatores gravioribus & manifestioribus oneratos peccatis ad se vocare, eosque ad peccatores conversionem in aliorum exemplum producere: manifestum interim illi exterius parent, ut probi & pii, res in aliis sunt oculis peccatis depravari, tardiores rum exemplum ad conversionem. Fædiora h. & notiora peccata, conscientia & luce divina redarguente, facilius convertitur. agnoscuntur, & agnita pudorem incutiunt, & hominem ad cor reducunt. Oculi tiora autem & ceteriora peccata, quæ vulgi iudicio non ita sunt scæda, non ita agnosci solent, nec pudorem, aut resipiscenciam ita facili animo inducunt. Talia inter
h h h vitia

vicia numerare possumus superbiam & arrogantiam internam, invidiam & malevolentiam, hypocrisisim, & similia. Licet ergo hæc mulier Samaritana fervierit libidini, gravi se obstringens crimine, tamen ubi dicit Christo sua esse nota delicta, & ab eo derepta, ad illorum poenitentiam est conversa; nec ultra voluit esse alicui occulta, ipsa se ipsam manifestante ad majorem Christi gloriam, & ad aliorum profectum. Quapropter gratia eam & lumine abundantia donavit Deus, ad ceterorum conversionem: ut ubi abundaret iniquitas, ibi & benedictio superabundaret & resurgeret; dum luxuriosa mulier & adultera eligitur ad indicandas primitias Deo consecrandas in conversione gentium.

Exempl.

Notant Historici nostri sæculi, initio tumultuum Belgicorum, primam palmam gloriosi martyrii retulisse quendam Sacerdotem & Pastorem, nomine HENRICUM BOSCARDUM, ex Leodiensi solo oriundum. Admirabili enim constantia fidem confessus est coram Guilielmo Lumæo Tyranno; & post varia & acerrima tormenta, pro illa primus mortem subivit, ita ut dicitur sit Protomartyr in Hollandia. Sed qualis hic erat? Certè antea fuerat concubinaris, & ex concubina sex liberos procrearat. An forte indignatur nonnulli morosiores; hujus tam illustri martyrii primitias tactu forduisse fatentur? Attendant. Numinis providentia, hunc primo potissimum in certamen productum, hæcce iniitiasse martyria; quo constaret haud humani meriti opus, sed divini gratiæ donum esse, fieri Martyrem. Necessè profecto est, illos qui in Christo baptizati sunt, & sacerdotio initiati, vivere secundum Evangelium & vocationem suam, & vitæ integritate Christo testimonium perhibere, ut videret passionibus ejus participent. Non est interim negandum, piissimum Deum aliquando permittere electos quoque suos graviter labi, quod peccatores in spem veniæ majore confidentia erigantur. Scimus etiam Catholicos homines, quantum vis improbos, martyrii esse capaces, nam & martyrium prioris vitæ poenitentia antecedit, & si quid ad justam poenitentiam desit, id eorum magnitudo supplet martyrii, omnem eluens culpam. Sicut ergo Samaritana, quamlibet impura, electa fuit, ut esset inter primitias Gentium per conversionem: ita & ille, ut esset suo sæculo inter primitias Martyrum per Fidei illustrem confessionem.

Itaque nemo contemnendus est, quantumlibet impurè nunc videatur vivere & indecorosè: quia ignoramus quid de eo stabilitum sit in divina ordinatione. Quicumque scivisset Samaritanam à Deo eligendam ut Apostolam, & Verbi Divini Prædicatricem, noluisse eam contemneret, sed honorare, etiam cum adhuc ageret in impuritate.

Sic dum S. Antonius Paduanus in Vrbe Podiensi Fratibus Minoribus præfesset ut Guardianus, erat & in eadem Vrbe quidam Notarius, omnino lu-

bricus, carni quæ additus. Illum verò nondum capite & genitexo honorabat S. Antonius, quoniam transuentem cernebat. Ipse autem exultabat id fieri in sui irrisionem. Quapropter cum quadam vice sic se gereret Antonius, accedens ad eum hic Notarius, minaciter dixit ei: *Nisi timerem Deum, gladio te perforem, toties me irridentem. quid enim horam me genus stultis?* Respondit Vir sanctus: *Ego sepius rogavi Dominum, ut martyrii tibi gratiam donaret, quia lubens pro ipso sanguinem funderem. Sed hoc tibi non concessit. Interim revelatione divina accepi te fore præclarum Martyrem, ideoque honoro; & oro, ut in agone mei memar esse digneris.* Ille hæc audiens, risu rem excepit. Aliquo post hæc tempore, Episcopus Podiensis Hierosolymam adit cum nonnullis, ut fidem prædicaret Saracenis. Divinitus autem inspiratus Notarius ille, omnibus venditis abiit cum illo. Arque ibi multo cum fervore cepit docere Saracenos de Iesu Filio Dei, asserens Mahometum esse Filium Satanae. Ideo illum cupientes, tribus diebus miris excruciantur tormentis. Tandem quæ dum ad supplicium ducebatur, meminisse illius quod sibi à S. Antonio dictum fuerat, & feliciter agonem consummavit.

Tertio, fructus doctrinæ & gratiæ Christi fuit fides eorum qui à civitate venerunt, postquam audissent à Samaritana, quæ circa ipsam gesta fuerant. Qui enim eam impulerat, ut relicta hydra ad cives invitandos abiret, etiam eos commovit, ut verbis ejus fidem haberent, & veniret. Qui lucernam unam accendit aut facem, ex qua postea centum faces succendantur, causa est in omnibus totius flammæ & luminis. Sic Christi eloquium inflammavit Samaritanam, ipsa autem alios concitavit zelo suo accendit; totus ergo omnium illorum ardor Christo attribendus est. Audi in simili S. August. lib. 21. de Civit. c. 4. *Magnetem no vim mirabilem esse ferri raptorem, quod cum primum videt, inhorret. Quippe cernebat à lapide ferream annulum raptum, atque suspensum. Deinde tanquam ferro quod rapuerat, vim dedisset suam, idem annulus ad motum est alteri, eumque suspendit. Atque, ut ille prior lapidi, sic alter annulus priori annulo cohererebat. accessit eodem modo tertio, accessit & quartus, jamque circulus & catena quædam pependit annulorum sibi extrinsecus adherentium. Hæc ille. Non ablimiliter dicimus, quod Christus, tanquam Magnes mysticus trahere potest ad se ferrea corda. Ac primo traxit Samaritanam, tanquam annulum sibi connectendum: sed illi vim indidit alios annulos trahendi, & Christo conjungendi, sicque factum est, ut catena integra ad eum concurreret. *Exierunt de civitate, & veniebant ad eum.**

Mirabilis sane providentia Dei, Civitatem illam salvans, quam quondam perdidit una mulier. Diana, dum constuprata fuit, curiositas enim ejus vendendi regionis alienæ, occasione dedit stupro, & stuprum causa fuit cur interfectioni fratres.

totam

totam dederint civitatem. Nunc eandem civitatem per unam mulierem ; post tot anorum millia, vult salvam fieri ; dum sic bajula maximi & felicissimi nuntii, attestans illum se reperisset, quem ab origine mundi magno desiderio præstolabantur omnes Sancti, Messiam scilicet, sive Christum. Sic per quasdam mulieres Deus permittit invehi multa mala ; per alias plurima invenit bona.

Occasione mulierum multa hæreses.
Conqueritur S. Hieronymus, epist. ad Cælestium, quod occasione mulierum multa hæreses enata hæretes. *Simon Magus*, inquit ipse, hæresim condidit *Helena meretrici* adjutus auxilio, *Nicolaus Antiochenus*, omnium immunditiarum repletor, choros secum duxit *femineos*. *Marcion Romam* præmisit mulierem, que decipiendos animos prepararet. *Montanus* immundi spiritus predicator, multas Ecclesias per *priscam* & *Maximilam* primum auro corruptis, deinde hæresi polluit. *Arius*, ut orbem deciperet, prius decipit sororem *Principis Donatus* per *Aphricam*, ut infelices quoque presentibus pollueret *aque*, *Lucilia* opibus est adjutus. In *Hispania*, *Agape* *Elpidium* mulier cæca cæcum duxit in *foveam*, successorum que sui *Priscilianum* habuit. Nunc quoque mysterium operatur iniquitatis, duplex sexus utramque supplicat. *Hæc* S. Hieronymus, quærimoniâ exaltans de mulieribus pravæ doctrinæ adjuvicibus.

Per mulieres etiam doctrina Christiana promota est.
Nos his prætermisiss, dicimus ad propositum nostrum, per mulieres, etiam paucis ab hinc sæculis multum adjuvante accepisse doctrinam Christianam, doctrinamque perfectionis, ac eorum reformationem. Notum est, quantum actulerit *frugis* S. *Brigitta*, S. *Gertudis* Germana, S. *Catharina de Senis*, S. *Clara*, & nostro sæculo S. *Teresa*, B. *Coleta*, S. *Catharina Genuens*, & aliarum innumera à Christo vocata perfectionem, & ab eo missæ, ut & alios ad eam adducerent.

Sed & ipse Sanctus Hieronymus nobiles matronas Romanas & verbis & scriptis docendo, per illas magnam partem nobilitatis Romanæ ad perfectionem Christianam instruxit, & in *Bethleem* ad *Monasteria* Sancti *Paulæ* & *Eustochii* pertraxit. Quapropter calumniatoribus suis epist. 140. ad *Principiam*, sic respondet: *si viri de scripturis quærent, mulieribus non loquerer. si Barachire ad prælium voluisset, Delbora de viri hostibus non triumphasset. Ieremias* carcere clauditur, & quia periturus *Israel* virum non receperat prophetam, *Olida* eis mulier suscitatur. *Sacerdotes* & *Pharisæi* crucifigunt *Filium Dei*, & *Maria Magdalena* plorat ad crucem, unguenta parat, quarit in tumultu, Dominum recognoscit: pergit ad *Apostolos*, & repererunt nuntiat; dumque illi dubitant, ista confidit. Hæc ille.

Harum omnium Prædux & Vexillifera fuit nostra Samaritana, quæ Christum necdum cognitum Judæis, nuntiat Samaritanis. Hæc prima est inter illas Ancillas, de quibus dicitur: *Sapientia* mille ancillas suas ad arcem civitatis, & *moenia*: *si quis*

est parvulus, veniat ad me. Venite, comedite panem & vinum quod misci vobis. Hoc mirum posset videri, quod ancillæ ad Civitatis arcem & moenia mittantur, ubi de armis agitur, ad quorum vel sonitum trepidare solent. Sed cum ibidem & parvuli reperiantur (hoc est, humiles & doctrinæ capaces) vocari jubentur ad panem, ad aquam & vinum, sive ad aquam vino mixtam. Imò quantumlibet sibi fortes videantur, tales mittuntur ancillæ ad eos vocandos, quæ non solum digitis valeant apprehendere fufum, sed etiam manum suam mittere ad fortia, & quoslibet invitare ad sublimia. Talis ancilla est nostra Samaritana, quæ cum antea nihil nisi fufum & hydriam novisse videatur, nunc abit ad moenia Civitatis, dimittente eam illuc *Sapientia*, & quoslibet sibi occurrentes invitatur non solum ad Aquam, sed & ad Vinum, & ad Veritatem, quæ rerum omnium fortissima dicitur. Nam super omnia vincit veritas.

Interim, pro inclusione dicamus, non parum hic commendari Samaritanorum, cum prudentiam, tum salutis aviditatem: quod vel ex ore mulieris abjectæ & vilis aquam haurirent, & fidem tribuerent sermoni salutis. Non ab similes hos dixerimus apibus, quæ ex flore quemlibet abjecto & humili salubrem exsugunt humorem ad mellificandum. Certe potest ex ore ancillulæ, vel famulæ vilis, sæpe salus procedere & plurimos redundare.

Parvula quædam puella erat in obsequio uxoris *Naaman*, *Viri fortis*, & *Principis militiæ Regis Syriæ*, sed leprosi. Ait autem ipsa ad Dominum suum: *Vinam fuisse Dominus meus ad prophetam, qui est in Samaria, profecto curasset eam à lepra.* Pervenit hoc ad aures *Naaman*, & credit, & venit ad *Elisæum*, ut salutem conquiretur & incolumitatem. Sic vel puellæ sermo apud eum valuit, ut iter aggrediretur in terram alienigenarum. At postmodum in fide citubans reperitur, dum non dignaretur *Propheta* eum accedere, ad ostium cum curribus & equitibus expectantem, sed nuncjum mittens ei hoc solum curaret significari: *Vade & lavare septies in Iordane.* Quis vero eum confirmavit in fide? Certe ipsiusmet servi, dicentes: *Pater estis rem grandem tibi dixisset Propheta, facere deberas: quanto magis, quia nunc dixit tibi, Lavare, & mandaberis.* Sic ex eorum ore & consilia salutem consecutus est, animi, quam corporis, ad lavacrum *Iordanis* properans, & ex illo rediens sanitate consummata, fideque perfecta.

Sic & Christiana quædam captiva produxisset refectur ad fidem Iberorum gentem: sunt autem Iberi Hispaniæ populi. Historiam videre licet apud *Ruffinum* l. 1. Hist. Eccl. c. 50. & *Eusebium* lib. 10. cap. 10. ex quibus eam depromit *Cardinalis Baronius* *Annal.* tom. 3. ann. 327.

Ex hic omnia conclusionem hanc deducamus cum S. *Paulino* ep. 4. *Ubi que captemur cibum vitæ, ubique accipemur verbum Dei, de omni fidelium*

3. Esar. 3.

Samaritanis similes apibus ex flore quasi abjecto mel exsugentes.

4. Reg. 5.

ibid.

h h 2 lium

lium ore pendeamus: quia in omnem Fidelem Spiritum Dei spirat, & necesse est à minimo Dei seruo guttam dissilare sapientia. Hæc Sancti Paulinus. Quibus verbis significat Deum frequenter gratiam salutis communicare per eos quos elegit, non dispersos, aut è cathedra divina eloquia pronunciantes, sed privatim monita veritatis edicentes cum Spiritu divino, simplicitate licet Christiana; quia & dicentis & audientis humilitatem Deus ordinar ad profectum spiritualem.

Admiremur simul Samaritanorum ad credendum promptitudinem, convicentem Iudæorum malitiam, qui cum scire deberent Christum ex Legge & Prophetis, imò & ex Ioannis demonstratione, denique & ex miraculis: tantum ab est, ut eum voluerint agnoscere, & ad eum accurrere; quin potius extra Civitatem suam eum duxerint, & crucifixerint, quem hi honorifice in suam receperant Civitatem.

Confundamur quoque & nos, quia cum mulier peccatrix universam converterit primo salutis nuncio Civitatem, & ad Dei Christique noticiam adduxerit; tot jam tamen Præcones Verbi Dei, continuo eloquia & monita celestia pronunciantes, vix unum allieunt ad perfectam morum conversionem. O pudor, & confusio in caput multorum recorquenda! Sanè hic dicere licet quod olim in simili Dominus: *Viri Niniivite, Viri Samaritanæ, surgent in iudicio. & condemnabunt generationem istam.*

Matth. 12.

LECTIO XIV. BIPARTITA.

Interea rogabant eum discipuli. Rabbi manduca. Ille autem dicit eis: Ego cibum habeo manducare, quem vos nescitis, &c.

PARS I.
De zelo Christi & instructione in his verbis: Ego cibum habeo &c. psal. 65.

Utm jam abiisset Samaritana, & suos convocaret populares, quasi dicens cum Psalmista: *Venite, & audite, & narrabo quanta fecit anima mee.* Discipuli ignorantes quid cum illa gestum fuerat, & quid postea futurum erat, (mox ad ipsum multis venturis, per sermonem Samaritanæ initiatis ad fidem) urgebant Dominum humili supplicatione, & sincero amore, ut manducaret, quia sciebant eum defatigarum exitinere, & horam manducandi advenisse, jam meridie præterlapsa. His rogantibus respondet: *Ego cibum habeo manducare, quem vos nescitis.* Non negat se esurire, & cibum appetere corporalem, sed subindicat quid magis esuriat, cibum scilicet spiritualem, cibum eius tunc incognitum. Quasi dicat: Non urgeatis me ad cibum capiendum si sciretis, sicut ego scio, quid mihi futurum, & qualem mihi præparaverim cibum. Itaque vos sine me manducate, ego alium habeo, vel expecto cibum. Hoc Domini responsum dignum sane est consideratione seria.

prima.

Primo hic cernitur manifeste quantum fuerit

in Christo ardor & zelus ad promovendum animarum salutem & conversionem, impertiendo eis doctrinam, dum propter oblatam vel speratam docendi occasionem, noluit corpori indulgere cibum aut quietem, multum licet esuriens, multumque fatigatus. Si laudatur Tobia zelus, eo quod illico ubi ei nunciatum fuit unum ex filiis Israel jugulatum jacere in platea, exsiliere de cubiculo suo, relinquens prandium, sejunctusque pervenerit ad corpus; quod tollens portavit ad domum suam occulte, ut dum Sol occubuisse, caute sepeliret: quanto magis laudandus zelus Domini, qui omnem cibum respuit, expectans non corpus aliquod sepulture mandandum, sed animas è funere & sepulchro vitæ æternæ restituendas! Animas enim convertere, & de filiis diaboli filios Dei efficere, magis est quam mortuos suscitare: quia magis est reddere animæ bona perenniter mansura, quam restituere carni bona iterum peritura.

doctrina Christi et boni.

Tob. 1.

Secundo, hoc etiam suo exemplo Christus non solum discipulos, sed etiam omnes Prælatos & Pastores ad hunc zelum animarum joviat, ut huic se impendant, etiam relicta corporis cura, quando sic opus fuerit, ut docet Cyrillus l. 2. c. 10. 1. Videndum enim illis, ne in istam querimoniam incidant: *Maledictus qui facit opus Dei negligenter.* Quod est præcipuum opus Dei, quod operari debent magna diligentia: Conversio est animarum. Vnde Richardus de S. Victore, de Præparat. ad contemp. l. 1. c. 44. Ignoro, inquit, an possit Deus hac gratia majorem aliquam in hac vita homini concedere, quam ut eum ministerio perveris homines mutantur in melius, & de filiis diaboli filii Dei efficiantur. Non poterat celestis Sponsus Sponsæ suæ meliorem dotem dare: quæ nisi per adoptionis gratiam posse Deo multos filios gignere, & de filiiis iræ regni celestis hæredes adscribere. Quapropter merito dixerit Sponsa hac idem quod Lia, dum nasceretur filius ejus Zabulon: *Dotavit me Dominus dote bona.* Hæc ille.

Secundo.

ier. 31.

Gen. 30.

Certe Viri Sancti, neglecta corporis cura, totos se expendebant in procreanda animarum salute, ut patet ex sacris Historiis. Christum quæ hac in re mirifice imitabatur, sic suum velut cibum & delicias constituentes, De S. Francisco scribit S. Bonaventura c. 8. vitæ ejus: *Cum S. Franciscus animarum salutem viscerosa pietate appetere, quasi cibum, suavissimè se dicebat repleri odoribus, & quasi argento pretioso liniri. Cum S. Patrum per orbem odoriferæ fama multos audires ad vitam veritatis induci, exultabat in spiritu, benedictionibus omni acceptione dignissimè Fratres illos accumulans, qui verbo & exemplo ad Christi amorem inducerent peccatores.*

Tertio, hic considerandum est, quod quemadmodum Dominus prius mulierem ex ratione aquæ pellexerat ad cognitionem Evangelicæ fidei & gratiæ, demonstrans ei aquam excellentiorem, ad quam animum & desiderium suum deberet sublevare: Ita hic discipulos adhuc rudes,

Tertio.

des,

des à corporalium rerum cura ad spiritualium studium vult erigere, captans occasionem ex mentione cibi alloquendi eos de cibo spiritus & animi, ut eos provocaret ad zelum concipiendum pro conversione aliorum. Et sicut tunc, quando allocutus est Samaritanam iuxta fontem, verè stiebat aquam putei; ex defatigatione tamen magis stiebat ipsius salutem, ut antea dictum est, & propterea de siti & aqua spirituali continuavit sermonem, quasi oblitus sitis corporalis: Ita nunc licet esuriret secundum carnis naturam, tamen magis eum urgebat fames salutis peccatorum, quos expectabat: ideoque hac de re mentionem facit discipulis: *Ego alium habeo cibum, quem vos nescitis.* Cumque adhuc ipsi non intelligerent nisi de cibo sensibili, & præ reverentia Magistrum non auderent interrogare, multabant inter se: *Namquid aliquis ei attulit manducare?* Forfan existimabant hanc mulierem ei detulisse cibum apud fontem, potumque de fonte illo cum cibo Christum sumpsisse ejus ministerio. Nempe non infrequenter Christus cibos ab aliis oblatos accipere solebat. Non quod ipse talium indigeret (quia poterat sibi providere per Angelos, aut per volucres, non minus quam Eliæ Prophete in deserto, aut Danieli in lacu) sed ut offerentibus merces multiplicaretur. Licet enim bonorum nostrorum non egeat, vult tamen ea copiose remunerare. Sic quando Elias venit ad viduam Sareptanam, non tam venit ut aleretur, qui poterat cœlum aperire, & panem inde habere; sed potius venit, ut probaret cor ejus ac bonam voluntatem; paululumque olei & pusillum farinæ sibi oblatum multiplicaret copiosissima & indeficiente benedictione. Cum enim illa confessa esset reliquias suæ inopiæ, scilicet se non habere sufficientem farinam ad semel prandendum cum filio suo; nihilominus dicit ei Elias: *Festina, fac mihi primum panem subinericium postea tibi & filio.* Tentatio est verbum istud Prophete; inquit Sanctus Chryostomus probatio cordis, examinatio voluntatis. *Cor beata femina quasi posium erat in vratina, dubium quoniam urgeret, ad filii benevolentiam, an ad Prophete hospitalitatem.* Sciebat, qui suscipit Prophetam in nomine Prophete, mercedem Prophetæ recipiet. *Sed cur dicit ei, Festina? adeone esuribat? Non omnino. Sed tacite significat beneficentiam alacriter & spontaneè impendendam. Fecit ergo festinanter. Cumque panem recepisset Elias, gustavit, & domum implevit bonis indeficenter.* Hæc S. Chryost. hom. de Decollat. Bapt. Sic dicimus, quod sæpe Dominus de manu aliorum cibum & alia necessaria ad victum accipiebat, rependens copiosiorum benedictionem, cum corporalem, tum spirituales, & hoc hic suspicabantur factum discipuli, dum eis dixit: *Habeo cibum manducare, quem vos nescitis.* Non ergo cogitabant nisi de cibo, quem & ipsi esuriebant; nec satis adverte-

bant verba Domini, dum putant eum manducasse. Nam verba potius futurum indicabant. Cum enim dicit: *Cibum habeo manducare*, non præteritum sed quod mox futurum est, aut jamjam præsens indicatur.

Quarto: Tandem rudem discipulorum intellectum corrigit & instruit Christus disertis verbis, sicut & instruxerat aperte Samaritanam antea hallucinantem, nec aquam de qua ei mentio fiebat, satis intelligentem, nec dignitatem personæ eam sibi offerentis. Sicut ergo Samaritanæ ad discutendas tenebras omnes dixit aperuisse: *Ego sum Messias, qui loquor vobis.* Sic & discipulis hallucinantibus circa cibum, de quo eis locutus fuerat, clare dicit: *Meus cibus est, ut faciam voluntatem ejus qui misit me, & perficiam opus ejus.*

DVo hic pro cibo suo apponit Dominus. Primum est, facere voluntatem ejus qui misit eum: alterum, perficere opus ejus. Quæritur Christi, igitur in primis, quid sit facere voluntatem ejus Meusecibus qui misit eum? Certe valde frequenter asserit est ut &c. Dominus se ad hoc venisse, ut Patris voluntatem faciat. Sic in ejus persona dicitur: *In capite libri scriptum est de me, ut facerem voluntatem tuam Deus.* Et ipse dicit de Patre: *Quæ placita sunt ei, facio semper.* Potest autem Christus considerari ut Deus, & ut homo, & utroque modo Patris voluntatem facit. Nam si consideretur ut Deus; cum sit eadem in ipso essentia, potentia, sapientia, voluntasque & intellectus cum Patre, quæcunque Pater intelligit, vult, facit, eadem & Filius indivisibiliter & separabiliter intelligit, vult, facit; est enim unus & indivisus actus utriusque, cum sit indivisa essentia, potentia, voluntas. Quapropter hæc de re expresse dicitur: *quæcunque ille facit, hæc similiter & filius facit.* Et rursus: *Pater meus usque modo operatur, & ego operor.* Hac ergo consideratione dicit: *Quæ placita sunt ei, facio semper.* Potest autem considerari ut homo, habens voluntatem creatam, sicut & animam; & sic non facit, quæcunque Pater facit; nec voluit quæcunque Pater voluit: erant enim multa facta & volita, antequam ipse esset homo, & antequam esset ejus voluntas humana, sicut creatio mundi & similia; quamvis in omnibus divinæ se voluntati conformarint.

Respondeo ergo, quod hic dicitur: *Meus cibus est, ut faciam voluntatem ejus qui misit me*, secundum humanitatem intelligendum esse. Nam ut homo missus est à Patre; ut homines ad Dei cognitionem pertraheret doctrina & prædicatione, virtutum exemplis, & potentia suæ miraculis. Missus quoque est, ut cum Deo reconciliationem procuraret; & à peccato liberatam, ac si Patris gloriam promoveret, & hominum salutem. Hoc nempe adimplevit, & fecit quæcunque

h h h 3

Pater

3. Reg. 17.
Dan. 14.PARS II.
De verbis
Christi.De verbis
Christi.De verbis
Christi.De verbis
Christi.De verbis
Christi.De verbis
Christi.De verbis
Christi.De verbis
Christi.De verbis
Christi.De verbis
Christi.De verbis
Christi.De verbis
Christi.De verbis
Christi.De verbis
Christi.De verbis
Christi.De verbis
Christi.De verbis
Christi.De verbis
Christi.De verbis
Christi.De verbis
Christi.De verbis
Christi.De verbis
Christi.De verbis
Christi.De verbis
Christi.De verbis
Christi.De verbis
Christi.De verbis
Christi.De verbis
Christi.De verbis
Christi.De verbis
Christi.De verbis
Christi.De verbis
Christi.De verbis
Christi.De verbis
Christi.De verbis
Christi.De verbis
Christi.De verbis
Christi.De verbis
Christi.De verbis
Christi.De verbis
Christi.De verbis
Christi.De verbis
Christi.De verbis
Christi.De verbis
Christi.De verbis
Christi.De verbis
Christi.De verbis
Christi.De verbis
Christi.De verbis
Christi.De verbis
Christi.De verbis
Christi.De verbis
Christi.De verbis
Christi.De verbis
Christi.De verbis
Christi.De verbis
Christi.De verbis
Christi.De verbis
Christi.De verbis
Christi.De verbis
Christi.De verbis
Christi.De verbis
Christi.De verbis
Christi.De verbis
Christi.De verbis
Christi.De verbis
Christi.De verbis
Christi.De verbis
Christi.De verbis
Christi.De verbis
Christi.De verbis
Christi.De verbis
Christi.De verbis
Christi.De verbis
Christi.De verbis
Christi.De verbis
Christi.De verbis
Christi.De verbis
Christi.De verbis
Christi.De verbis
Christi.De verbis
Christi.De verbis
Christi.De verbis
Christi.

Pater voluit eum facere, & ad quæ faciendâ missus est. Hoc est ergo, quod dicit: *Mens cibus est, ut faciam voluntatem ejus qui misit me.* Cum enim unum ex his ob quæ Pater misit eum, essent adventus sui, & veritatis evangelizatio: dum hoc desiderat magno opere peragere adventantibus Samaritanis, voluntatem ejus facit, qui misit eum.

Quod sit opus Christi. respon. Ioan. 17.

Sed ulterius queritur, quid sit perficere omnes ejus? Respondeo, per hoc opus intelligendum esse opus nostræ salutis & redemptionis humanæ, de quo ipse in fine vitæ suæ Patri dicit: *Opus consummavi, quod dedisti mihi.* Hoc opus ei specialiter à Patre injunctum fuerat, & opus Dei erat specialiter per eum perficiendum. Nulla enim creatura (nec Angeli, nec homines) salutem conferre nobis poterat, nec satisfactionem aut redemptionem, perfectam operari. Deus hanc salutem operatus est, sed per Filium, quem ad hunc effectum misit in tempore, sicut prædestinaverat ab æterno. De hac re sic discretis verbis loquitur S. Paulus: *Qui prædestinavit nos in adoptionem filiorum per Jesum Christum in ipsum, secundum propositum voluntatis suæ, in laudem gratiæ suæ, in qua glorificavit nos in dilecto Filio suo, in quo habemus redemptionem per sanguinem ipsius.* Deus ergo est, qui sua voluntate proposuit salvare. Deus est, qui in adoptionem filiorum prædestinavit. Deus est, qui glorificat & gratificat nos. Sed hoc in dilecto Filio suo executus est: in ejus sanguine nos liberavit, nos redemit, ipse viam ad se perveniendi omnibus aperuit. Hoc est ergo opus Dei singulare, salus nostra, sed Christo injunctum opus, & consummatum ab eo solo Torcular calcavit ipse salus. Apostoli potuerunt hanc redemptionem predicare, & illam per verbum Dei & Sacramenta applicare, sed redemptionis opus sicut Christus, non potuerunt perficere & consummare; quamvis perfecerint voluntatem ejus qui misit eos, in his ad quæ missi sunt. Equidem non erant missi ut salutis humanæ primarii operatores, sed ut secundarii cooperatores. Opus istud illius erat, qui & ab hoc opere Salvatoris nomen obtinet. Sicut enim opus artificis est vas aureum, opus pictoris imago pulchra, opus scriptoris scriptura elegans; ita opus Dei est salus hominum, & opus Christi, à quo opere habet nomen IESVS, sicut à pingendo homo sortitur nomen Pictoris. Ex his ergo collige, quæ ratione proprium sit Filio secundum humanitatem perficere opus ejus qui misit illam. Quia unus est mediator Dei & hominum homo Christus Iesus, qui semetipsum dedit redemptionem per multos. Qui & alibi arguit Corinthios, quod dicerent: *Ego sum Pauli, ego Petri, ego Apollo, ego Christi.* Sic enim eos alloquitur: *Divisus est Christus? Nunquid Paulus crucifixus est pro nobis? aut in nomine Pauli baptizati estis? Et rursum? Quid est igitur Apollo? quid vero Paulus? Ministri ejus cui creditis.*

Ep. 2.

Opus Dei, salus hominis, Isai. 63.

Proprium Filia Dei redimere hominem. 1. Tim. 2.

1. Cor. 1.

1. Cor. 3.

Potest quoque hic (interpretare Origenem, Opus Dei 15. in Ioan.) per opus Dei, quod dicit Christus homo est, se desiderare perficere, intelligi Homo ipse. Et quem Christus enim Opus Dei est, quod Deus fecerat primitus suar delictis in Paradiso: sed contritum est per peccatum à vras peris. Diabolo opus istud. Debebat autem refecti, & perfici à Christo. Ad hoc nempe missus erat Filius Dei, ut hoc opus suum restauraret, & ad perfectionem sublimaret, ne gloriaretur Diabolus hominem sua fraude deceptum diuinitis carnis muneribus immortalitatisque dote nudatum, morti subisset sententiam; & se in malis quoddam de prævaricatoris consortio in venisse solatium, ut loquitur S. Leo Sermon. 2. de Nativitate. Ideo etiam docent SS. Patres, quia homo per verbum erat factus (est enim Verbum Exemplar & Sapientia, per quam facta omnia sunt) decessit, ut per eandem Sapientiam incarnatam instauraretur, & ad excellentiorem dignitatem promoveretur. Nam factus est & artifex, per primum conceptum suum & per verum exemplar in mente, restaurare & perficere incarnati opus suum. Imo notat Sanctus Ambrosius, quia restituit homo ad imaginem Dei conditus erat, & hanc debuit imaginem per peccatum deformare, decessit ut Verbum, quod est imago Patris, Caro fieret: ut imago imagini succurreret, primitivumque decorem, velut sigillo iterum impresso, renovaret, & perficeret. Audi verba Sancti Ambrosii in Psalm. 118. *Verbum Dei ad eum qui est ad imaginem, id est ad hominem venit, & querit imago eum qui est ad imaginem sui, ut iterum signetur iterum conformetur.*

Propter hæc igitur omnia Christus dicit cibum esse suum, facere voluntatem ejus qui misit eum, & perficere opus ejus: quæ loquendi ratione eximiam suam dilectionem, quæ ferebatur erga hominis salutem & perfectionem, indicat. Etenim significat hoc sibi esse in desiderio, hoc magno se appetere affectu & gaudio; non se computare inter delicias quibus pascitur. Ambrosii huius sæculi delectantur honoribus, quali cibo & deliciis: sed inanis est cibus & evanidus. Luxuriosi escam suam & delicias repugnant carnales voluptates, sed fetorem conciliant, & famem augent, sicimque. Avari opibus terrenis inhiant, ut se pascant; sed sunt instar Tantalii in mediis aquis stitentes. Gulosi amant pinguis volatilia & altilia; sed ubi corpus paverunt, animus manet vacuus & insipidus. Vindicativi pascuntur odio, tanquam cibo delectabili; sed eis maxime nocivus est ille cibus. Diabolus hominum peccatis pascitur, quasi suis deliciis, jam ab initio sæculi; nec satiatur, speratque quod Iordanus infuset in os ejus, hoc est, desideraret Christianos omnes lotos in Iordane, sive in aquis Baptismi, absorbere & vorare. Sed Christus venit, ut perforet maxillam ejus, & extrahat ab eo escam electam. Hæc est enim voluntas Patris ejus, quæ est cibus ejus, O cibum delectabilem, facere Patris volunt.

Nota peccatorum Diaboli desideria

Job. 40.

voluntatem; prae quo relinquit & obliviscitur cibum omnem corporalem.

Docet nos Christus voluntatem Patris facere. Ioan. 6.

Docet ergo hic simul Filius Dei naturalis filios adoptionis, eundem cibum appetere, quem ipse; hoc est; voluntatem Patris facere & hoc pro cibo eligere, sicut ipse. Atque hic non erit inanis & & evanidus cibus, sed perennans, de quo dicebat Dominus: *Operamini, non cibum qui perit, sed qui permanet in vitam aeternam.* Certe cum ipse sit exemplar & imago, ad quam formari debent electi, & ipse dicat se venisse non faciat voluntatem suam, sed Patris, dicatque hunc esse cibum quo lubenter vescitur; deest & in hoc nos ei conformes fieri, & ubique magno cum affectu & desiderio Patris voluntatem adimpleamus, in mandatis eius exequendis, & in omni opere bono, ita ut & ibi oblectemur, tanquam pascetes nos solido & electo cibo. Quapropter per Isaiam dicit se Ecclesiam suam novam nomine novo vocaturam. Explicans quoque quod sit hoc nomen, dicit esse istud: *VOLUNTAS MEA IN EA.* Hoc scilicet nomen vult vocandam, quia si inter illos qui infideles sunt, unusquisque propriae obsequitur voluntati, & carnis sequitur voluptatem: hi qui inter filios Dei censentur, propria abnegata voluntate, Patris voluntatem debent adimplere, & hoc eis cordi unice debet esse, facere voluntatem eius qui misit eos; ita ut quilibet anima fidelis hoc nomen honorificum promeretur: *VOLUNTAS MEA IN EA.* Hic est ergo cibus, quo reficietur & pascetur, simul pascens Dominum. Hic est cibus, quo confortabitur, conservabitur, & simul crescit in Domino. Hic est cibus, quo robustior & perfectior semper fiet ad praeclearè operandum coram Domino. Hic est cibus, qui non reperitur apud inferos, ut dicit Sapiens: *Operare iustitiam ante obitum tuum, quia non est apud inferos reperire cibum.* Hic est cibus, qui perficietur in regno Dei, quando istud adimplebitur: *Beatus qui manducabit panem in regno Dei.* Et illud: *Ego dispono vobis, sicut disposui mihi pater, ut edam & bibam super mensam meam in regno meo.*

Isa. 62.

Ecc. 14.

Zuc. 14.

Zuc. 22.

LECTIO XV. BIPARTITA.

Levate oculos, & videte regiones, quia albae sunt iam ad messem.

PARS I. **H**aec est tertia Domini propositio, à rebus corporalibus ad spiritualium rerum studium; & considerationem attendam animos elevans. Qui enim primo occasione aquae materialis Samaritanæ mentem ad considerationem & gustum aquae sublimioris exverat: quae secundo occasione cibi Apostolorum animos repentes ad excellentiorem cibum desiderandum exverat: Nunc eisdem oblata occasione sermonis de Messè, excitat ad considerandam spiritu-

alem messem, quae in propinquo erat, & ad impendendum laborem pro illa. Videntur discipuli cernentes virentia & pullulentia femina, dixisse: *Post quatuor menses messis erit;* ideoque Dominus hoc ipsorum argumentum assumpsit, ad eorum instructionem de messe animarum. Quapropter recte monet Rupertus, scribens in hoc cap. 4. Ioan. In hoc operæ pretium est attendere miram dignationem divinæ sapientiae, quae sic parvulis condescendit, ut non omitat qualemcumque rem occasio sibi obiecerit, quin per ejus similitudinem exhibeat ejus prae oculis invisibilia mysteria Regni Dei. *Quid enim omiserit, qui non regum nuptias, non piscatorum sagenas, non margaritas negotiatorum, nec veteres vires vinariorum, non sicut aut vineas, neque granum sinapis inter minuta praeterit olivam. Ita de singulis similitudines caelestium explicat; ut tanquam in notis & vulgaribus speculis solis imaginem videant, qui ejus splendorem egris oculis ferre non sustinent.* Hæc Rupertus.

Cæterum pro explicatione advertendum est, vox Messis non semper eodem modo accipi in Scripturis sacris. Nam primo significat consummationem sæculi. Hujus messis messores sunt Christus & Angeli, qui collectum ex universo hujus mundi agro Dominicum triticum colligent in horreum regni caelorum. De hac quoque messe dicitur: *Et vidi, & ecce nubem candidam, & super nubem sedentem similem filio hominis, habentem in capite suo coronam auream, & in manu sua falcem acutam.* Et alius Angelus exivit de templo, clamans voce magna ad sedentem super nubem: *Mitte falcem tuam, & mete, quia venit hora ut metatur.* Et misit, qui sedebat super nubem, falcem suam in terram, & demessa est terra. Hic est Christus, Rex & Iudex, qui sedebit in judicio in nube candida, quae significabit omnia in isto judicio clara & manifestata fore cum candore & sinceritate, sine furore colore. Habet ipse falcem acutam, demesturus universum Orbem, eique finem imposturus. Describitur vero Angelus exiens de Templo caelesti, sive de loco Beatorum, deferens ad ipsum omnium Coelorum desiderium de consummatione sæculi; de punitione impiorum, & de gloria iustorum. Ideoque ei dicit: *Mitte falcem, quoniam aruit messis terræ.* Hoc est, matura est messis, sive completus est electorum numerus; cursusque mundi, & sæculorum revolutio. *Potestas divini iudicii,* inquit Sanctus Gregorius lib. 3. Moral. cap. 10. *Falcis appellatione signatur, quia intra se omnia incidendo complectitur. In falce enim quicquid inciditur, quaque versus seclat, inru cadit. Et quia potestas superni iudicii nullatenus evitatur, intra ipsam quippe sumus, quolibet fugere conemur; velles, cum venturus Iudex ostenditur, falcem tenere perhibetur; quia cum potenter ad omnia obviat, incidenda circumdat.* Hæc ille.

Descri-

Ibid.

Describitur quoque alius Angelus habens fal-
cem acutam, quam misit in terram, & vindemia-
vit vineam terræ, & misit in lacum iræ Dei ma-
gnum. Itaque per messim & criticum demessum,
maxime intelligendi sunt electi, qui ubi demessi
sunt, congregantur in horreum. Per hanc autem
falce[m] borros vineæ demerentem, excidium im-
piorum designatur; ita ut hic Angelus cum sua fal-
ce Christo cooperetur, ejus nutu & jussu demerens
& excindens impios, qui per borros significantur,
quia calicem iræ Dei amplebunt, ab ea calcandi
extra civitatem, sive extra cœlum in torcular in-
feroi. Sic passim per vindemiationem punitio &
excidium in Scripturis indicatur. Sic lamentatur
Ierusalem: *Vindemia vit me, ut locus est Dominus,*
in die iræ furoris sui.

Thren. I.

Joel. 3.

Que dica-
tur V allis
concionis.

Isa. 10.

De eadem messe in consummatione sæculi fu-
tura, & de vindemiatione reproborum, mentio
fit apud Joelem, qui cum dixisset: *Consurgant, &*
ascendant gentes in vallem Iosaphat, quia ibi sedabo,
ut judicem omnes gentes in circuitu; mox subdit:
ad cooperatores suos Angelos Christus Iudex: *Mir-*
re falces, quoniam maturavit messis. Ac post-
modum dicit: *Venite, & descendite, quia plenum*
est torcular, exuberant torcularia, quia multipli-
cata est malitia eorum. Quasi dicat: O Angeli!
descendite, quia botris & uvis plena sunt torcu-
laria; hæc ergo premitte & calcate, hoc est, a-
eres de ipsis pomas sumite. Denique subjicitur:
Populi, populi in valle concisionis; quia juxta est dies
Domini in valle concisionis: Hoc est, populi plu-
rimi erunt in valle illa Iosaphat, ubi exciden-
tur, concidentur, perdenrur impii. Interim quod
hic vertit noster Interpres, *in valle concisionis,* ex
verbo Hebræo variam habet versionem & in-
terpretationem. Quidam enim vocant *Vallem*
triturationis & tribulationis, in qua tanquam per
ferra ferrantia & triturantia excutientur im-
pii post maturitatem, hoc est, post felicitatem
omnem & ætatem maturam in omni voluptate
& turpitudine decussam; quia maturitas, & æ-
tatis, & iniquitatis, jam exposcit non solum
messoris manum & falcem; sed & acerbam fer-
ramque tribulam, qua excutiantur ipsi, & om-
nis eorum felicitas, ut in tartaro velut hor-
reo suo recondantur. Alii vertunt, *in valle se-*
parationis, in qua scilicet palea à vero critico, hoc
dique ab agnis æternum separantur. Nonnulli
etiam vertunt & interpretantur, *in valle decur-*
rationis & abbreviationis, secundum illud: *Con-*
summationem & abbreviationem Dominus Deus
exercituum faciet in medio omnis terre. Quæ qui-
dem interpretatione voluit significari, in multitu-
dine magna gentium, resectis impiis, brevem
fore numerum electorum, sicut resectis paleis &
adulterinis granis, pauca critici pura remanent
grana.

De hac porro messe, etiam si Dominus hic pro-
prie loqui non censetur: attamen recte etiam de

illa dixerimus: *Levate oculos vestros & videte*
regiones, quia albe sunt jam ad messem. Attendite
falce[m] jam incumbentem messi, ut illum excin-
dat. Hoc est, Considerate mortem & judicium
mox appropinquare, quacunque sitis ætate, & mori
peccatores! Sic enim fenes estis, jam albicatis
jam maturi estis; ipsi capilli cani vos debent mo-
nere falcis vertici appropinquantis ad demeren-
dum, quia ætas & iniquitas arefcens & invetera-
ta eam advocat. Si juvenes estis & impii, critis
tanquam botri vineæ succo & sanguine pleni,
quos vindemiare vult Dominus etiam in virore
suo, ut in lacum iræ suæ mitat perenniter cal-
candos. O quot populi, quot gentes, quot turbe
celeriter demeruntur, & in horreum inferoi
congregantur, vel in lacum furoris Domini! At-
tendite ergo id, & levate oculos vestros, cave-
te ne in hanc falcem incidatis: providete ne il-
la vos incidat, vel granum lolium que in seclis, vel
ut borros vineæ, à quibus per conculationem om-
nis humor pristinae felicitatis infelicitate est ex-
primendus.

Secundo: Messis in Scriptura significat collecti-
onem Fidelium in Ecclesiam Dei. Recte enim
congregatio Ecclesiæ sub segetem & messis typo
exprimitur. Expende singula.

1. Hujus messis Semen est Verbum Dei, quod si-
dem præcedere solet, & in terra bona satum ger-
minare.

2. Segetes sunt Fideles, qui auditio verbo Dei
sensim in herbam crescunt, adolefcunt in spicam,
maturescunt in frugem.

3. Agricola summus, est Pater, Satores, ut hic
insinuatur, fructe ab initio Patriarchæ & Pro-
pheta.

4. Mesores sunt Christus & Apostoli, ac Verbi
Divini Ministri, qui successerunt Prophetis & A-
postolis.

5. Falx mesoria, Evangelica prædicatio est, quæ
promptos ad audiendum populos, quasi segetes
maturas crescat, ut in arcam & horreum congre-
get.

6. Vehiculum est Christi gratia, quæ in Fideli
operatur velle & perficere.

7. Area est Ecclesia, in qua non deest flagellum,
tritura, ventilabrum; tribulationes scilicet & virtu-
tis exercitia, ac divinum judicium discernens bo-
nos à malis.

8. Horreum est Ecclesia cœlestis, ubi est
gloria & felicitas, & ubi grana electa recondun-
tur.

In hac significatione accipitur Messis, ubi dicit
Dominus discipulis suis: *Messis quidem multa, ope-*
rarii autem pauci. Rogate ergo Dominum messis, ut
mittat operarios in messem suam. Pauci sunt opera-
rii, multi operis porius incerturbatores inter eos
qui operarii esse debeant, inquit S. Gregorius.
Multi sunt vulpes Sampsonis, in cauda ignem
geren-

Pax illi
De messi
segete
dicitur
Luce 10
Dicit
Messis
Luce 10
grego-
nem
fuit
Luce 10

gerentes, potius incendunt messem, quam colligant. Hi sunt qui ad messem Ecclesie accedunt cum igne concupiscentie, ambitionis, avaritie. Pauci operarii inconfusibiles, veste trahentes verbum veritatis, ut loquitur Apostolus. Pauci operarii re & opere, qui effectu ostendant, quod verbo promittunt, vel ore docent. Pauci operarii vere missi a Domino messis, quia multi se intrudunt in ministerium Christi & Ecclesie non vocati; nec veniunt intentione frugis, quam sibi Dominus messis vult colligi, sed intentione fructus temporalis in proprium commodum & honorem colligendi. Circumcidunt se multi, ut Sichymita; ut cum filiis Iacob participent de eorum divitiis, & gregum fecunditate. Vade dicere videntur patentes multorum adolescentum eos ministerio Ecclesie offerentes, ut circumcidantur eis crines in clero: si circumcidantur masculos nostros, ritum gentis imitantes: & substantia eorum & cuncta que possident nostra erunt. Hic ergo non sunt operarii missi, sed irrepunt, vel irrumpunt: adeo grandis nunc est numerus operatorum, sed operatorum non operarium, sive operatorum inutilium Domino sibi solum utilium: quorum aliqui ita defides sunt, ut nec refides sint ad opus aut messem, sed cancellatis manibus alios suo loco mittunt, & marsupium suum implent.

De hac igitur messe, quam debent in horreum congregare validi messores & operarii fructuosi, ad fidem scilicet, & pietatem animas adducendo, hic fit mentio, dum Iesus dicit Apostolis: Ecce dico vobis, levate oculos vestros, & videte regiones, quia alba sunt iam ad messem. Hoc dicit occasione Samaritanorum, qui mox erant confluxuri ad ipsum magna cum promptitudine, ad audiendum plenius ex ipsius ore fidei verbum, quod ex ore Samaritanarum mulieris iam audierant, & illi fidem exhibuerant. Sicut presentia Solis fervide calefacientis albicare facit messem, eique inducit maturitatem: sic ipsi Samaritani ad lucidam & fervidam Solis gratie presentiam concurrunt de civitate sua, ut reddantur messis instar maturae, invalescente eorum fervore.

Neque tamen sub nomine regionum solos Samaritanos vult intelligi, sed etiam omnes gentes, & nationes: ita ut operi discipulos mentis oculos elevare, & advertere, quod multae nationes infideles parat sint ad recipiendam Evangelicam doctrinam & Fidei veritatem. Sciebat enim Dominus gentium promptitudinem secundum divinam praedestinationem: ad quas quidem gentes Apostoli ordinati erant, ut quod inchoarant Prophetae, variis generibus veritatem nunciantes, ipsi perficerent & consummarent. Ideo dicit eis: Ego misi vos metere quod vos non laborastis: alii laboraverunt, & vos in eorum labores introfistis. Laboraverunt scilicet ante Apostolos Prophetae, adventum Filii Dei, & fidem ejus defeminantes Apostolice in labores eorum introierunt, cum prius

Vitis floriger.

quodammodo instructos a Prophetis ad fidei maturitatem perduxerunt praedicationis suae fervore & luce; ac deinde in Ecclesiam eos congregaverunt, tamquam messem in horreum Domini. Vnde de illis scriptum est: Letabuntur coram te sicut Isai. 9. qui letantur in messe. Atque in fine saeculi perferretur haec latitudo, dum ipsi manipulos suos, & messem Domino repraesentabunt coram Angelis Dei, ac coram hominibus totius Orbis, omniumque saeculorum. Tunc enim teste S. Gregor. hom. 17. in Evang. Petrus trahens post se Iudaeam conversam apparet. Ibi Andreas Achaiam, Iohannes Asiam, Thomas Indiam in conspectu Iudicium ducet. Ibi Paulus conversum; ut ita dixerim, ducet secum mundum. Quid nos miseri diavoli sumus, qui ad Dominum vacui redimus. Ita S. Gregorius conformiter Apostolo dicendi: Quae est spes nostra & corona gloria? Nonne vos ante Dominum IESUM Christum in adventu eius? Neque solum letabuntur tunc Apostoli, neque soli mercedem recipient, fructumque ex messe, sed & Prophetae, qui praefeminaverunt: Et qui seminavit, simul gaudeat, & qui metit, inquit hic Dominus. In illa ergo celebritate Apostolorum simul triumphabunt, & caelestium decanabunt & Prophetarum; quia suo labore iam inchoata & seminata sunt quae collegerunt Apostoli, & quae tunc Domino offerunt.

Itaque Messor est Christus in messe de qua agimus: Messores sunt & Apostoli, quibus dicitur: Ego vos misi metere. Sed Christus principalis est Messor, hi cooperatores. Sicut olim manipuli fratrum visi sunt adorare in agro manipulum Ioseph, qui debebat Fratribus suis principari; Sic manipuli Apostolorum adorare censentur manipulum Christi, Fratris quidem eorum, sed & Principis ac Domini; unde & huic lubenter omnem fructum referunt quem, ab eo missi, & ejus benedictione firmati, collegerunt.

Messores sunt & Apostolici Viri, quibus quoque dicitur: Levate oculos vestros, & videte regiones, quia alba sunt iam ad messem. Et illud: Ego misi vos metere. Hi ergo post Apostolos in varias abeunt regiones infideles, & in Ecclesiae horreum gratiae divinae vehiculo copiosam inserunt messem. Sic suo tempore S. Iohannes Capistranus zelo divino impulsus, pergens ad infideles, myriades animarum adduxit. Sic S. Xaverius Apostolica falce instructus portexit in Indiam, Iaponiam, Sinas, & ibi copiosissimam messem invenit, etiam inter petras & saxa, inter montes & maria, & inaccessibleia loca. Quae quidem messis non nisi operarios expectabat, sive operis Divini Vicarios; qui deinde subsecuti sunt magno numero, magnoque fructu sese impederunt: ita ut in illis locis primitivus fervor Christianorum recalescat, ardorque divini Solis efficacissimus cernatur, mox fetes novas ad maturitatem perducens. Hinc se non solum Falci Apostolice offerunt, Verbo Dei avidissime inhiantes, ut Ecclesiae militanti aggregentur.

iii

gentur;

2. Tim. 2.

Gen. 24.

1. Thess. 2.

Nomen Regio, quid hic denotet

gentur, sed etiam offerunt se passim martyrio, ut demerantur, & in horreum Ecclesie triumphantis transferantur.

LECTIO XVI.

De messe bonorum Operum omnes concernente.

In sacris literis mentio de messe, quae concernit non solum Apostolos, aut eos qui Apostoli Ordinis sunt, sed etiam omnes plane Fideles. De hac ab Apostolo scriptum est: *Quae semina veritatis homo, haec & metet.* Quidam seminant in carne, & metunt corruptionem. Hi sunt qui carnali vita se addicunt, nihil nisi carnem curantes, comedendo, bibendo, & carnis voluptatibus indulgendo. Certè isti non metunt nisi corruptionem, quia messis eorum erit mors praesens & futura, veribus dabitur corpus per corruptionem, anima esca est futura Daemonibus. Alii seminant in spiritu, & metunt incorruptionem, vitamque aeternam, quia spiritualia curant, & operibus bonis incumbunt. Dicit autem

Galat. 6.

Sap. 3.

Fructus bonorum operum varii.

Matth. 7.

Joan. 10.

2. Pet. 1.

Apost. 22.

2. Cor. 9.

Matth. 5.

2. Cor. 9.

Nempe bona opera multiplicem fructum ferunt. Audi particularius, 1. Ostendunt fidem vivam. *A fructibus eorum cognoscetis eos*, ait Dominus. Et ipse de se ait: *Si non facio opera Patris mei, nolite credere.*

2. Faciunt electionem nostram certiore. Sic enim asserit S. Petrus: *Fratres, satagite ut per bona opera certam electionem vestram faciatis & vocationem: haec enim facientes, non peccabitis aliquando. Sic enim abundanter ministrabitur vobis introitus in regnum aeternum Domini nostri, & Salvatoris IESU Christi.*

3. Augent gratiam, & per illa fit, ut Sanctus sanctificetur adhuc, & iustus iustificetur adhuc, quia dum homines inveniuntur in omni opere bono fructificantes, auget Deus incrementa frugum iustitiae eorum.

4. Fiduciam gignunt bonae conscientiae, maxime in fine vitae. Ideo dicebat S. Cyprian. ser. de operibus & elemosina: *Praeclara & divina res est salutaris operatio, solatium grande credentium, securitatem nostram praesidium, munimentum spei, tutela fidei, medela peccati.* Hoc multi Sancti in fine vitae ostenderunt luculentè. Ipsi etenim bonis operibus consilii messem securam expectabant, & lætabantur, sicut qui lætantur in messe.

5. Denique, his glorificamus Deum & Patrem, ipsomet Christo movente: *Videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum qui in caelis est.* Hac ergo est messis copiosa, quae ex semine bonorum operum omnibus fidelibus est communis.

De hac messe rursus loquebatur Apostolus: *Fratres, qui parca seminat, parca & metet. Qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet.* Cor nostrum in ista celluris est, nos sumus agri-

cultores, bonae cogitationes & bona opera sunt benedictionis semina, quae exurgunt in messem gloriae. Sol nobis necessarius est, & pluviosaque caelestis, ut tandem semen istud bonorum operum maturifcat in fructum qui permaneat in aeternum. Et sicut multo opus est labore in agricultura ad arandum, serendum, extirpandum, rigandum, fodiendum, stercoreandum, occidendum, tandemque metendum. Sic & in vita spirituali multiplici opus est labore ad excolendum animum: e-

get enim & ipse fatio, irrigatione, fossione, extirpatione, impinguatione; ut tandem messem suam producat cum exultatione. Hinc ad laborem saepe nos excitat Scriptura arationis, extirpationis, fationis diligentis & continuae, ut nostra tandem mellis perducatur ad perfectionem, nec sit inanis expectatio & spes nostra: *Mane semina mentium, & vespere ne cesset manus tua; ne scis enim an hoc vel illud magis orietur*, inquit Sapiens. Monet seilicet, ut dum tempus habemus, strenui simus & infatigabiles, arguens illos desides, qui ubi modicum quid fecerunt, quasi officio praerelati functi, otio sese dedunt; quasi non debeat homo exire ad opus & operationem suam usque ad vespeream.

Vult ergo ut à mane seminemus usque ad occasum Solis, scilicet ab adolescentia usque ad senectam & morem, nec carni & cuti curandae vacemus, otioque indulgeamus, etiam in extrema aetate. Potest etiam per vespeream intelligi tempus adversitatis, sicut per mane lucidum tempus prosperitatis. Dum autem addit, nos scire quid magis orietur, significat nos incertos esse de operibus nostris, quae placeant Deo, & quae non: & ideo secundum omnem occasionem debere nos operari, quia si priora non placeant, fors posteriora placere poterunt.

Horatur etiam Scriptura sacra, ut non seminemus in agro inculco aut spinoso, nisi prius incultum & spinosum extirpemus, ne labor sit inanis. Huc facit illud: *Innovate vobis novale, & nolite serere super spinas.* Huc quoque spectat illud Psalmista: *Meditabar nocte cum corde meo, & exercitabar, & scopebam spiritum meum.* Vbi alia lectio est S. Hieronymo habet: *Fodiebam, sarcebam animum meum.* Nempe sarculo contritionis & penitentiae, diligentiisque examine, ad laborabat Propheta, ut in agro cordis sui nihil spinosum remaneret, quod bonum semen & fructum posset impedire, & suffocare. Quod ipsum unumquemque secum facere docet. Qui extirpat per penitentiam peccata, merit postea in hac vita gratiam & consolationem, immò & omnes fructus Spiritus, quos enumerat Apostolus, & postea merit fructum vitae aeternae. Huc denique pertinet illud: *Seminate vobis in iustitia, & meritis in ore misericordiae, innovate vobis novale.* Quasi dicat: *Seminate vobis, id est in bonum vestrum, non amplius semina impietatis, & quibus tristis suppliciorum messem colligatis: sed semina iustitiae.*

ritia, iusta scilicet ac pia desideria, proposita, opera: & certo metetis in ore misericordiae, hoc est secundam phrasim hebraeam, iuxta capacitatem & amplitudinem divinae misericordiae. Quia & veniam assequenti praecedentium culparum, & remissionem imminentium poenarum. Insuper recipientis a Deo plenissimam mensuram & mercedem fructuum spiritualium & corporalium, cuius misericordia immensa est & inexhausta, Itaque, si sapitis, manum quantoque operi adhibete, & perverfas cupiditates ac vitia extirpare, ut sitis instar agri noviter culti, sicque femina divinae gratiae ac virtutum accipiat & foveatis, germinareque faciat.

Conformiter his Scripturis monebat S. Bernardus ser. de S. Benedicto, & dicebat: *Seminemus hominibus exemplum bonum per opera bona opera; Seminemus Angeli gaudium magnum per ocella sustinere. Seminate & vos, quia tam multi ante vos seminaverunt: fructificite, quia vobis semina verunt. O genus Adam, quam multi semina verunt in te, & quam pretiosum semen! O quam male peribis, & quam merito spererit in te tantum semen, & seminantium labor!* Postmodum profectur S. Bernardus & in particulari ostendit quinam feminari in nobis, & propter nos. Sic enim ait: *Seminavit in terra nostra Trinitas, seminarunt Angeli pariter & Apostoli, semina verunt Martyres, Confessores & Virgines. Semina vit Pater panem de caelo, Filius veritatem, spiritus S. charitatem. Apostoli ibant & fiebant mittentes semina sua; venientes autem venient cum exultatione, portans manipulos suos. Duo manipuli sunt quos queris, honor & quietus. Qui semina verunt laborem & utilitatem, metent bonorem pariter & quietem.* Haec Bernardus. Idem quoque eadem de re agens serm. 37. in Cantica, sic in particulari unicuique dicit: *Tu ergo seminasti rivi ad iustitiam, si ex vera noticia tui & vigilasti vime-re Deum, tementipsum humiliasti, fudisti lachrymas, eleemosynas profudisti; jejuniis & vigiliis affixisti corpus, si per & iunioribus, celos clamoribus fatigasti. Hoc siquidem seminare ad iustitiam, ad metendum ssem ritae eterna semina sunt bona opera, bona studia, semina lachrymae sunt. Nec enim opera nostra transeunt, ut videntur, sed temporalia quaeque velut semina aeternitatis raciuntur: stupebit insipiens, cum in hoc copioso semine, copiosam videbit exurgere messem, ut alibi dixerat idem Bernardus.*

Merito igitur Apostolus adhortans omnes ad messis plenitudinem, ex larga facione exurgere natam, dicit: *Frater, qui parit seminat, parit & metet. Qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet.* Quidam seminant dolores, & turbinem metunt. Seminant maledictiones, & fructum maledictum & amarum percipiunt. Qui- cuoque seminat in corde suo pravas cogitationes, pravaque desideria, in maledictionibus seminat, ideoque merit cordis corruptionem,

conscientiae remorsum, interiorum afflictionem. Tandemque aeternam maledictionem sibi conquirat; illam scilicet quae velut fax peraeua omnes succidens impios, in aeternam eos mittit pernicem: *Ita maledicti in ignem aeternum.* Haec falcem jam vertici imminente timere debent, qui seminant detractiones, odia, discordias, rixas, mendacia vana & perniciofa, luxuriosa verba, injuriosa, blasphema. O quot reperitur maledictionum fa- tores & mesiores!

Contra, qui in corde suo serunt cogitationes bonas, desideria sancta, affectus caelestes, per mentis recollectionem, orationem, meditationem; metunt inde optimas resolutiones, & effectus saluberrimos, animi fructum, spiritus gaudium, opera bona, quibus promerentur aeternam benedictionem. Et haec quidem omnia dicuntur feminari & meti in benedictionibus: nam multiplici egent gratia & benedictione, ut haec femina sacra floveantur, germinent, adolefiant, maturefiant, tandemque illam benedictionem, benedictionum omnium coronidem consummatam, percipiant: *Venite Benedicti Patris mei, percipite regnum, &c.* O felices fautores, feliciores mesiores!

Inter hos recensendus S. Galganus, de quo in eius vita legitur, quod a vita voluptuosa ad au- steram a S. Michaelis Archangelo evocatus, in eremum secessit, ac caelestem in oratione, jejunio, austeritateque omni vitam eraduxit. Post annum autem caelesti hac voce est invocatus: *Satis est quod laborasti, metes nunc quod seminasti.* O vocem! O messem beatam, ad quam nos oculos mentis frequenter levare deceret, ut simus tandem de illa de quibus dicit Propheta: *Laetabuntur coram te, sicut qui laetantur in messe, sicut exultant victores capti praedam, quando di vident spolia.*

Sic cernere licet, quoniam sit illa messis, de qua potissimum supra dictum est: *Levate oculos, & videte, quia regiones albae sunt ad messem.* Conversio scilicet erat horum Samaritanorum ad fidem, quia iam ad eam dispositi erant & maturi. Unde ex verbo mulieris fidem conceperunt, & verba Christi eam firmarunt & perfecerunt. Ideo ergo dicitur, quod ex civitate illa multi crediderunt in eum. Haec est perfecta fides, non solum illi, sed & in illum credere, sive in illum credendo sperare, sperandoque & amando tenere. Haec est, inquam, fides vera & viva, spe sociante firmata, charitate vivificante informata. Primum ergo, semen in corde eorum jecit mulieris testimonium perhibentis: *quia dixit mibi omnia quaecumque feci.* Vbi adverte, hoc verbum, quod alios a Christo alienasset, nec ab ipso confunderentur, hos ad Christum adduxit: Conscientia enim eorum qui verè convertuntur, etiam pudorem lubens parit, si modò remedium reperit ad pacem interiore sibi conciliandam, & ad anxietatem sedandam. Et contra, conscientia eorum qui peccatum non

Bern. de convers. ad cleric.

2. Cor. 9. Rob. 4.

Conclusio totius H. storae.

Samaritanorum vera & viva fides.

sentiunt, qui nec in suo pondere illud ponderant, nec virus eius agnoscant ; tegere illud & occultare conantur , nec confusio libi aliqua exinde oriatur. Nec satis hi agnoscunt, quod fatius sit confusio- nem aliquam ad tempus cum rubore pati, quam æterna confusione involvi.

Illud etiam ponderandum quod dicitur: *Multii ex illa civitate crediderunt*; ideo nempe messis ibi fuisse insinuat, quam non paucæ segetes, sed aggregatio facit manipulorum, & copiosa collectio spicarum. Sic & vindemia dicitur; dum multitudo uvarum maturarum colligitur implens esalathos & torcularia. Non ergo conueniunt tunc potuit Christus, quod olim Michæas: *Væ mihi quia factus sum quasi qui colligit post vindemiam.* Poterat idem Propheta dicere: *Væ mihi, quia factus sum sicut qui paucas spicas colligit post terga metentium.* Vindemiator est copiosus plerisque in locis Sata- nas, & messor magnus; quia copiosum numerum animarum demerit, & sibi congregat ad societate supplicii. Hinc fit quod hi qui ad animarum messem, tanquam divini operis Vicarii, adveniant, paucas spicas reperiant, paucosque racemos, in agro aut vinea Domini sui. Ideoque possunt con- queri cum Michæa: *Væ mihi, quia factus sum velut qui racemos colligit post vindemiam.* Hoc certe etiã conueniunt potuit Christus Dominus populum Israeliticum considerans, quia paucorum invenit fidem in Israel. Multa Zizania reperit, parum om- nino tritici. Et hoc tamen quod invenit, voluit esse ut semen, quod alibi factum fructum amplio- rem ferret: Hi sunt Apostoli, & nonnulli Fideles de genere Israelitico de quibus dicitur: *Nisi Do- minus reliquisset nobis semen, quasi Sodoma fuisset, & quasi Gomorraha similes essemus.* De his id in- terpretatur Apostolus, & passim SS. Patres. Quali dicat: *Nisi Deus ex Iudæis parum reliquiarum, videlicet paucos credentes in Christum cum A- postolis selegisset, & reservasset, reprobatum fuisset totus Israel.* Videri potest S. Hieronymus, & Cyrillus in illum locum Isaïæ.

Mich. 6.

Copiosus Vindemiator, & Messor Sa- tan.

Isai. 1. Rom. 9.

Samaritanorum caritas.

Sicut porro fides prompta Samaritanorum cer- nitur, dum turmatim ad Christum concurrunt in- citati verbo mulieres ita & caritas eorum eluce- scit, dum rogant & urgent Christum, ut ibi mane- ret, qui & preces eorum magna ex fide, magna- que ex charitate procedentes exaudivit: *manfitque ibi duos dies.* Et multo plures crediderunt propter ser- monem eius. Hæc itaque subita Samaritanorum conversio, præludium fuit, & primitiæ quædam vocationis gentium; ideo eam tam magnificam esse voluit Dominus. Quia ergo testimonium mulieris haud floccifecerunt, aut risu excepe- runt, sed doctrinæ sanctæ avidi accurrerunt, nec offensi sunt viliaut humili cultu Christi, raro- que ac tenuiorum Discipulorum comitatu, sed obsecrabat eum, ut apud ipsos hospitari digna- retur, & plenius eos edocere: ideo eorum arden- tibus votis obsequitur Christus. Audiverunt ita

que, & agnoverunt ex ore Sapientie: *Veritatem, & mansuetudinem, & justitiam, quæ semper appa- rebat admirabilis, quocumque cum dextera eius ducebat.* Audiverunt & agnoverunt veritatem docentis, mansuetudinem ad credendum invi- tantis, justitiam non accipitis personam, sive Iudæi sive Samaritani.

Et quidem apud Hierosolymitas, nunquam tam diu mansisse, aut hospitatus fuisse legitur Do- minus; quia nec ipsi id petierunt, nec invitavit. Quid igitur mirum, si hunc eis honorem non de- tulit, si eos deseruit? Invitarunt quidem eum qua- doque ad mensam, sed numquid ut plurimum in- sidiose, & invidiose? Quis vero ad hospitium in- vitavit? An non cum torâ die prædicasset, co-actus est vespere impransum abire in Bethaniam? Certe nullius, quamlibet peccatoris hospitium dedignatur Christus; si modo sincere rogetur, si ex affectu urgetur. Et hoc solatio esse debet pec- catori. Sed conquiratur Dominus, quod vulpes Lat. 9. foveas habeant, & volucres cali, nidos, ipse autem non habeat ubi caput reclinet. Quæ sunt illic vulpes, foveas habentes; quæ volucres nidos possidentes? Hi sunt Dæmones, qui instat vulpium pleni sunt dolo & malitia, instat volucrum pennis superbia, & in altum feruntur: hi in cordibus infidelium, & multorum etiam fidelium improborum, hospiti- um sibi inveniunt & locum: dum interim Filius Dei ibi caput reclinare peroptaret. Sed vel non rogatur, vel potius ejicitur, ita ut etiam nocte per gelu & imbes frigidus circuire cogatur, & locum sibi aliquantulæ quietis circummeando cum labore quaerere. Hinc illa vox ejus: *Aperi mibi foror mea sponsa, quia caput meum plenum est rore, & cincinnati mei pleni gutris nollium.*

Sed cur solum biduo mansit apud Samaritanos Christus? Quia sc. necdum tempus advenerat, quo totus apud Gentiles Christus manere debebat: sed prius Evangelium offerendum erat Iudæis, ut his non credentibus post doctrinam tot mira- culis confirmatam, remigraret ad Gentes, & effuso in Iudæos pedum pulvere, & relicta eis male- dictione. Deinde biduo dies sufficiebat ad eos confirmandos in fide; oportebat igitur eum tran- sire, & aliis civitatibus evangelizare, ut & alibi dixit ipse.

Non absimiliter quondam respondit B. Iordanus Ordin. Prædic. Generalis. Cum enim ad Ca- pitulum generale Parisiis celebratum adventas- sent quidam Legati de Bononia, supplicantes, ut Pater Ioannes Vincentius, Vir doctrinâ & san- ctitate conspicuus, qui multum frugis Bononiæ faciebat concionibus suis, contineretur in eadem civitate verbi divini evangelizantem: Admissi sunt coram Patrum confessu hi Legati, mul- tasque rationes protulerunt, nec tantus Vir hanc à Bononiensi civitate auferretur, ac inter alias hanc *Toram civitatem ejus reverbis in melius reformari, & jam jam factum semen fructificare cum se optime fru- gus.*

vide viā
lord, apud
Marian

quod si discederet, forte segetem areferri posse. His respondit B. Iordanus: Eximii Viri, causa quam diserte proferri, haud urget nos, ut à vobis non amoveatur Pater Vincentinus. Vos scitis quod agros serentes iam feminibus non ibi permancant, & videant quomodo semen fructum suum ferat, sed & ad alios agros ferendos pergunt. Pater Vincentinus jecit in civitate vestra semen optimum, oportet ut vadat & ad aliam, idem facturum, juxta monitum Salvatoris: Quia & aliis civitatibus oportet me evangelizare.

quid Christi
fuit illo bi-
dno prædi-
cavit.

Quid porò illo biduo illis prædicavit Christus non exprimit Evangelista. Non dubitamus tamen ad pedes ejus Samaritanam cum multis plene fuisse instructam de divinis mysteriis. Possunt utique dicere quod Augustinus dicebat de duobus discipulis ad Christum divertentibus. Quam beatam diem duxerunt, quam beatam noctem? Quis est qui nobis dicat que audierunt illi à Domino? Adificemus & nosmetipsi in corde de nostro: adificemus domum in quam ipse veniat, & doceat nos. Limer ostiorum ejus extera per tuum, surge ad illum venire assidue & erudire præceptis ejus. Hec S. Augustinus in c. 1. Ioan. Licet verò nesciamus quid locutus fuerit Christus, fructum tamen colloqui & sermonis ejus in hoc agnoscamus luculentè, quod Evangelista testetur: Multo plures crediderunt propter sermonem ejus, dicebant que mulieri; tam non propter tuam loquelam credimus, ipsi enim audivimus & scimus, quia hic est verè Salvator mundi. Quasi dicat: Prius credidimus propter verbum tuum, nunc majus testimonium habemus, ipsiusmet sermonem; nec egemus minori testimonio, ubi adest majus. Etiam si propter te & testimonium tuum antea non credidissemus, ipso audito credituri eramus. Audivimus enim (Fides ex auditu, auditus per verbum Christi) & certo scimus, sive sine ulla ambiguitate credimus, quia hic est verè Salvator mundi.

Rom. 10.

An non hæc illustris est confessio? An non fortis & constans fides? An miracula perierunt, ut confirmarentur, quasi adhuc vacillantes? An non verbo Christi integram præbuerit fidem pio voluntatis affectu impulsis, & lumine desuper infuso illustrati? An non hæc confessio omnia complectitur: Hic est verè Salvator Mundi? Attende illud: Perè Salvator, qui veram & perfectam salutem attulit. Attende illud, Salvator Mundi, non solum Iudæorum, aut Samaritanorum tantum, sed totius mundi. Vide ergo quomodo in fide Iudæos præcedant, quibus exprobrat. Dominus per Prophetam: Populus quem non cognovi, servavit mihi, in auditu auris audivit mihi. Filii autem facti sunt alieni, inveterati, obstinati, & duræ cervicis; mentiti sunt, fidem & obedientiam negarunt, dum extranei etiam sine miraculis obediunt, & inclamant: Exaltet Deus salutaris nostræ. Quid enim aliud faciunt Samaritani, dum dicunt: Hic est verè Salvator mundi? Annon in auditu auris obediunt, dum solo Christi verbo persuasi, pronunciant cum certitudine; Audivimus & scimus? Audi Chryostomus de fide

psal. 17.

hac Samaritanorum, quæ præsignificabat futuram fidem Gentium in Christum: Quam brevè noverrunt Samaritani IESVM Orbem conversurum? quod ad omnium salutem venerit? quod non solum Iudæis ejus providentiæ præscriberetur, sed ubique terrarum, verbum suum esset disseminaturus? Omnes in culpa esse confitentur. Cum enim dicerent Salvatorem esse mundi, intellexerunt perditum: nec simpliciter, sed in rebus maximè Salvatorem. Verè Salvatorem, qui veram salutem elargitur perpetuo duraturam. Mirabiles existerunt Samaritani, & quod crediderunt, & quod sine signis & miraculis crediderunt. Verba audierunt tantum, & tam certè locuti sunt. Quid si miracula vidissent, nonne plura & majora dixissent? Hæc ille.

Chrysof. in
loan.

Concludit Evangelista historiam de Samaritana in hac fide & conversione civium Samaritanorum, quæ ab ipsa initium quoddam fumens, per Christum plenitudinem & consummationem accepit. Concludamus ergo & nos, & ad eum vota nostra converentes sincero affectu dicamus. O Domine Iesu Christe, qui amas animas ardentissimè, ideoque apud fontem adduxisti Samaritidem ad sui tuique noticiam, aqua vitæ potasti, adorationem in spiritu & veritate edoculisti, Samaritans quoque ejus sermone ad te adductos plenius erudisti. Concede, ut peccata nostra etiam nos agnoscamus cum genuit, te adoremus in veritate & spiritu, aquamque vitæ percipiamus cum gustu, & quo ad possumus, alios ad te adducamus, ut hæremus, tandem coram te, sicut qui lætantur in messe.

LECTIO XVII.

Continet hæc Lectio Canticum gratiarum actionis Samaritanæ post conversionem; de promptum autem est Canticum istud ex Ista c. 12. & brevem didorum recollectionem complectitur.

Solium antiquitus fuit, ut qui speciale aliquod beneficium cœlitus perceperant, canticum aliquo laudis divinæ suam gratitudinem indicarent. Notum est Canticum Moysis, submersis Ægyptiis: Ezechie Regis, receptâ sanitate: Tobie, sibi restituto oculorum lumine: Zacharie, in Ioannis nativitate: Simeonis in Christi ad Templum presentatione. Sed id etiâ à mulieribus factitarum constat simili occasione. Sic cecinit Debhora canticum, post victoriam de Sisæ Principe. Sic Iudith, truncato Holoferne. Sic Anna mater Samuelis, imperatâ hæc Prole. Sic Maria, post salutationem Elisabeth cogata. Meritò ergo dixerimus Samaritanam post tam singularè beneficium à Christo perceptum, in laudem divinam erupisse, & in gratiarum actionem publicam & sonoram. Sicut non tacuit, corde & ore annuntiando aliis Christum, sic nec tacuit ejus laudes palam prædicando, & gratias cum exultatione animi referendo.

Samaritana an & quales gratias Christo egerit.

Quia autem non exprimit speciatim Evangelista quas gratiarum actiones retulerit Christo, quasque laudes protulerit Deo, rectè ei accommodabimus Canticum de promptu ex Isaia c. 12. quod per singulos versus ei planè convenit. Audi per singula. Sic exorditur.

Verf. 8.

Confiteor tibi Domine, quoniam iratus es mihi: conversus est furor tuus, & consolatus es me.

Pfal. 74.

Merito hoc potuit canere Samaritana ista. Quasi dicat: Iustè Domine iratus mihi eras, ob vitam meam dedecorofam & flagitiosam, iustè milies suppliciiis æternis adjudicare me poteras & infernum præcipitare: sed conversus est furor tuus in clementiam & respexisti me, indignam licet & ingratoram, ac rebellem. Cumque calicem iræ & indignationis amare, cuius fex nunquam est exinanita, quam bibent peccatores terre, mihi propinare potuisses ad damnationem; calicem gratiæ & salutis propinasti ad consolationem. Eduxisti me de lacu miseriæ, & de luto fecisti, & super aquam refectiois educaisti me, animam meam convertens. Confitebor ergo tibi, quia iam veritè admirabili modo in misericordiam, nullis meis meritis, Confitebor tibi in toto corde meo, quia misericordia tua magna est super me, & eripisti animam meam ex inferno inferiori. Quasi enim ab inferis revocasti me, dum de profundo peccati & periculis æternæ mortis, abstraxisti. Confitebor tibi in toto corde meo, & narrabo omnia mirabilia tua. Quid est autem confiteri toto corde, nisi laudare & gratias agere tota animi intentione & conrentione, quoad nobis est possibile. Sic quicquid erga Deum facimus, toto id corde peragere monet Scriptura. Monet toto corde in illum credere. Si credis ex toto corde, licet. Monet toto corde in illum sperare. Habe fiduciam in Domino ex toto corde. Monet toto corde poenitere. Convertimini ad me in toto corde vestro. Monet toto corde illum diligere, Deuter. 6. Monet toto corde ipsum orare. Psalm. 118. Clamavi in toto corde meo, exaudi me Domine. Monet denique ex toto corde ipsi gratias agere, ejusque laudes toto corde decantare: Confitebor tibi in corde meo, & narrabo omnia mirabilia tua.

Quid sit toto corde Domino confiteri.

Affor. 8.

per me, & eripisti animam meam ex inferno inferiori. Quasi enim ab inferis revocasti me, dum de profundo peccati & periculis æternæ mortis, abstraxisti. Confitebor tibi in toto corde meo, & narrabo omnia mirabilia tua. Quid est autem confiteri toto corde, nisi laudare & gratias agere tota animi intentione & conrentione, quoad nobis est possibile. Sic quicquid erga Deum facimus, toto id corde peragere monet Scriptura. Monet toto corde in illum credere. Si credis ex toto corde, licet. Monet toto corde in illum sperare. Habe fiduciam in Domino ex toto corde. Monet toto corde poenitere. Convertimini ad me in toto corde vestro. Monet toto corde illum diligere, Deuter. 6. Monet toto corde ipsum orare. Psalm. 118. Clamavi in toto corde meo, exaudi me Domine. Monet denique ex toto corde ipsi gratias agere, ejusque laudes toto corde decantare: Confitebor tibi in corde meo, & narrabo omnia mirabilia tua.

Prov. 3. Iocel. 2.

Hæc omnia perfecit Samaritana nostra, quæ tandem à Christo instructa, toto corde credidit, toto corde in eum spem projecit, toto corde poenituit, toto corde dilexit, toto corde eum oravit & adoravit, toto corde ei gratias egit, & laudes ejus annuntiavit. Ideo consolatus est eam Dominus, tam in condonatione perfecta præteritorum peccatorum, quam per infusionem gratiæ & lucis diviniæ. Imò tantam percepit à Domino consolationem, ut mille cordibus si fieri posset, eum benedicere optaret, mille linguis. Dicit ergo: Confitebor tibi: sive laudabo te Domine, & corde & ore, & frequenti misericordiæ consideratione, & vitæ perfecta emendatione, & aliorum ad noticiam & laudem tui invitatione. Imò confitebor omnium creaturarum ad laudis consortium invocatione, & præcipuè

Pfal. 118.

fontium & fluminum, quia congratulabor illis me apud aquam & fontem salutem reperisse. Confitebor tibi in omni tempore, vesperæ & mane, & meridie annuntio laudem tuam: sed maxime horâ sextâ in meridie. O horam mihi felicem, cuius nunquam excidet memoria! O horam beatam, quando consolatus es me!

Ecce, Deus Salvator meus, fiducialiter agam & non timebo: Quia fortitudo laus mea Domini; & factus est mihi in salutem. Hic quoque versus convenit Samaritanæ. Quasi dicat cum Moysè post liberationem ex Ægypto & ex aquis maris: Iste Deus meus, & glorificabo eum: Deus Patris mei, & exaltabo eum. Iste enim est Deus Iacob, quem Samaritana vocavit Patrem suum; de quo olim & Iacob dixerat: Vidi Dominum facie ad faciem, & salva facta est anima mea. De quo & moriens dixit: Expectabo salutem tuam Domine, adprecichat enim per fidem in Salvatorem & Deum suum, in carne venturum. Quem omnibus nunc demonstrat, velut digito hæc mulier, ut agnoscat ab omnibus, dicens: Ecce Deus SALVATOR MEUS. Quasi rursus dicat cum Propheta: Hic est Deus noster, & non estimabitur alius adversus eum. Hic Baruch adinvenit omnem viam disciplina, & tradidit illam Iacob puero suo, & Israel dilecto suo. Post hæc in terris visus est, & cum hominibus conversatus. Aut quali reperat cum Isaia, qui fuit velut Propheta evangelizans, vel Evangelista prophetans: Tantum in te est Deus, & non est absque te Deus. Vere tu es Deus absconditus, Deus Israel Salvator.

Adjungitur hic: Fiducialiter agam, & non timebo. Quidni magna sese gereret fiducia, postquam eam Christus tanta cum benignitate allocutus est, tantâ instruxit charitate, tantâ profectus est benevolentia, ei ut manifestaret apertè se esse Messiam & Salvatorem promissum: Ego sum, inquit, qui loquor tecum dicebat Dominus: propter hoc sciet populus meus nomen meum in die illa, quia ego qui loquebar, ecce adsum. Hoc ipsum dicere Samaritanæ censetur. Quidni ergo in fiduciam erigeretur, quandoquidem & eam securam reddidit de remissione peccatorum? O quantæ fiducia infunditur animæ, cui Dominus loquitur ad cor, quamq; antea odiosam habebat ob peccatum, nunc facit amore dignam per gratiam! Taliter actum est cum hac Samaritana; idè merito canit: Fiducialiter agam, & non timebo. Quasi dicat: Nullius amplius conscientia culpæ, post remissionem mihi factam & gustum aque viæ, quid horream, quidve timeam? Fiducia & charitas foras mitit timorem; dilectio & filialis affectus metum excludit servilem: Si ambulo in medio umbræ mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es Salvator & Consolator meus, adiutor & protector in tribulationibus.

Verum tamen iterum in peccatum reincidere facile est homini, quia infirmus est & instabilis, labilis & ad malum pronus; adeoq; si vires solum suas metiatur, nihil potest sibi firmatis promittere.

Pfal. 118. Gen. 28. Gen. 49. Ier. 17. 18. Ier. 17. 18. Ier. 17. 18.

Magis. Ier. 17. 18. Ier. 17. 18. Ier. 17. 18.

Pfal. 118. Ier. 17. 18. Ier. 17. 18.

Pfal. 118. Ier. 17. 18. Ier. 17. 18.

se: tamen in Deum sese potest totā fiduciā projicere, & ab illo infirmitatem & fortitudinem mutuare. Propterea subiungit: **FOR TITUDO ET LAUS MEA DOMINUS**, Quod idem est ac si dicat Samaritana: Iam jugum Dæmonis excussū & carnis; omnesque deinceps illecebras Dæmonis, omnes ejus vires, omnia peccata superabo, illo adjuvante & protegente, qui me eduxit à peccato: quia mihi factus est in salutem, erit & in protectionem. Ipse enim est fortitudo mea, ipse me contra omnia vitia corroborat, ut animum nec blanda dissolvant, nec adversa dejiciant. Ipse est virtus & perseverantia mea, ut non nullis carnalibus desideriis cedam, nullis voluptatibus acquiescam, nullis peccatis subjiciar. Quamobrem ipse est laus mea tota, perfecta gloria, delectatio pura, spes certa, securitas firma, firmitas secunda, ipse non se subtrahet ut cadam, non patietur me collidi, aut gratiam collectam effundere, licet ex me vas sim fragile & luteum, periculis multis obnoxium. Obiectum itaque & materia laudis meæ erit jugiter is qui salvavit me, ipse musica mea, ipse canticum meum ipse corona mea, ipse perficiet gressus meos in semitis suis, ut cante in viis Domini, quoniam magna est gloria Domini. Ipsi disciplina correxit me in finem, ipsa me docebit usque in finem, ipsa me tenebit ut asequar salutem non habentem finem. O quanta felicitas animæ peccatricis, si post conversionem à peccato, hoc possit dicere ex resolutione firma deinceps non peccandi, cum magna fiducia in Deum? Certe Deus non deserit sperantes in se, nec patitur nos tentari supra id quod possumus, si ad eum recurramus. Ideo dicebat S. Augustinus his qui vacillant, non facis firmum sibi in Domino in rebus salutis præsidium constituentibus: *Quid in te stas, & non stas? Projice te in eum. Projice te securus, non se subtrahet, ut tu cadas.* Certe Christus Dominus sicut est autor nostræ fidei & salutis, quam iniciat per gratiam prævenientem: ita ipse est consummator nostræ fidei & salutis, quam perficit per gratiam subsequenterem & gratiæ perseverantiam usque in finem. Hinc si sequenter in sacris Literis dicitur, **DEUS SALUTIS NOSTRÆ**. Ideo ergo & hic dicitur. *Ipse est fortitudo mea, & factus est mihi in salutem.* Sequitur.

Versus 4. **Haurietis aquas in gaudio de Fontibus Salvatoris. Et dicitur in illa die: Confitemini Domino, & invocate nomen eius.**

Ille quoque versus cui aptius convenire potest, quam Samaritani nostræ, quæ ubi gustavit de Fonte à Christo sibi demonstrato aquam vivam, aquam salientem in vitam æternam, quoslibet ad eandem aquam, eundemque Fontem invitat, ut gaudium quod ipsa cum aqua hausit, in eorum corda refundat: Idem ergo est ac si dicat: Appropinquate, quicumque vultis, haurietis quantum voletis aquas salubres de Fonte multiplici Salvatoris, idque non sine magna cordis lætitia, Ego prævi-

ego certum ferre testimonium valeo de copia Fontis, de suavitate originis, de dulcedine liquoris, de gaudio cujuslibet haurientis & gustantis. Appropinquate, nec vos retardet quod purus altus sit, fonsque profundus nec habeatis in quo haurire valeatis: Etenim ipse Fons suggeret vobis non solum aquam, sed & hydriam; & funem ad hauriendum. Venite igitur, & haurietis aquas multiples de Fonte Salvatoris redundante, & in varios fontes sese dividente.

1. **Haurietis aquas veritatis & doctrinæ salutatis de Fonte Sapientiæ**, quibus omnis error maculosus abstergetur.

2. **Haurietis aquas illuminationis de fonte luminis**, quibus si oculos mentis laveris, tanquam collyrium vobis erunt, vel deterfa omni lippitudine clare videatis.

3. **De Fonte misericordiæ haurietis aquas compunctionis & remissionis**, quibus præterita peccata eluatis.

4. **Haurietis aquas refrigerii & refectiois de Fonte consolationis.**

5. **Haurietis aquas zeli & amoris**, de Fonte charitatis.

6. **Haurietis aquas gratiæ perabundantis de Fonte copiosæ redemptionis.**

7. **Haurietis aquas irriguas devotionis** (ut bonorum operum in vobis plantæ crescant) de Fonte pietatis.

Ecce quam multiplices Fontes, & tamen unus Fons sunt, quia ab eadem sunt scarurigne emanantes, de quibus cuilibet accedere volenti, licet haurire copiosissime, per solam hydriam humilis & bonæ voluntatis. Et quidem in gaudio haurit, quisquis haurit, quia nihil in hoc mundo pretiosius est, quam gaudium bonæ conscientiæ, & devotionis perfectæ: quæ in ipsis lachrymis per compunctionem profusus gaudium invenit & solatium. Cum autem illud gaudium natum sit ex illo, quasi aqua in sublime, ut etiam invitentur alii ad gaudii confortium ideo hic adjicitur.

Et dicitur in illa die: Confitemini, & invocate nomen ejus.

Nempe & hoc quadrat Samaritanæ, quæ omnes ad confessionem peccati, ad confessionem laudis, sive ad gratiarum actionem, ad confessionem fidei, ad invocationem nominis Dei, sive ad adorationem in spiritu & veritate excitabat. Hoc eam edocuerat Christus, ad hoc etiam eam impellebat virtus aquæ salientis in vitam æternam. Quia ita excitabat desideria ardentia, ut cum ipsa omnes laudarent Deum, & nomen sanctum ejus agnoscerent, invocarent, glorificarent, ac deinde & alios ad idem peragendum convocarent. Quid est ergo: *Dicitur in illa die, Confitemini, & invocate nomen ejus*, nisi id est ac si diceret Samaritana: Vos alios invirabitis vobiscum, sicut & ego, ad celebrandam Dei beneficentiam, potentiam, misericordiam, sapientiam, amorem & charitatem in confessione.

feffione laudis, si hauseritis & probe gustaveritis de fontibus Salvatoris; atque vos beneficio impares esse agnoscentes, alios adfisceris in confortium praecoonii divini, dicentes cum Psaltes: *Magnificate Dominum mecum, exaltate nomen ejus in idipsum. Vade sequitur in eundem sensum,*

Psal. 33.

Versus 5.

Quae sint adinventiones Dei.

Notas facite in populis adinventiones ejus. Mementote quoniam excelsum est nomen ejus. Quid sunt adinventiones Dei & Christi, nisi consilia & vix admirabiles, cogitationesque & molimina providentiae, & sapientiae divinae pro redemptione generis humani, quae Fides quilibet ruminare debet, & sapienter retractare, aliisque ignavis iudicare. Inveniet & hic aquam dulcedinis, aquam affectionis sanctae, aquam refectionis solidae. Hoc attestatur S. August. qui l. 9. Conf. sic de se facetur: *Non satiabar illis diebus (mox scilicet ad conversionem & baptismum) dulcedine mirabili considerari altitudinem consilii tui super salutem generis humani. Quantum se vix in hymnis & canticis tuis, sua resonantibus Ecclesiae tuae vocibus commotus acriter: Voces illae infuebant auribus meis, & eliquabatur veritas tua in cor meum; & ex ea astuabat affectus pietatis & surrebant lacrymae, & bene mihi erat cum eis.* Ecce quomodo adinventiones Domini, sive ejus consilia pro salute nostra rememorabat S. Augustinus, & exinde in ipso exsilliebat fons lacrymarum, non sibi amarus, sed sibi amarus. Hunc & in omnibus cordibus infidelium exsilire peroptasset, notaque eis esse has adinventiones, & simul cum illis vias vitae.

Adinventiones Christi ad Samaritanam convertendam

Similiter dicimus de Samaritana nostra. Haec recogitas quasi adinventionem eam Christus ad veritatis & salutis viam adduxisset, expectando circa meridiem, expectando juxta fontem, tendendo velut anceps laqueos salubres, alloquendo de Fonte vitae, erudiendo de adoratione in spiritu & veritate, peccata sua detegendo, ac tandem aperte ei sese manifestando: Has admirabiles adinventiones ad conversionem animae suae peccatricis suavi sapientiae & providentiae suae consilio ordinatas, volebat omnes agnoscere; & ideo eas, quantum in se erat, publicabat, & ab aliis ulterius publicari avertat. Hinc merito poterat dicere: *Notas facite in populis adinventiones ejus.* Has, si noverint, scientiam quam excelsum sit nomen ejus, quam admirabile, quamque amabile, & omni dignum laude: odoreque nominis ejus attracti, current ad ipsum, current post ipsum, & vestigia ejus sequentur cum laetitia & exultatione, exemplo meo.

Versus 6.

Psal. 96.

Cantate Domino, quoniam magnifice fecit. Annunciate hoc in universa terra. Hinc versui conformis est Psalmus, qui sic incipit: *Cantate Domino canticum novum, cantate Domino omnis terra Cantate Domino, & benedicite nomini ejus, annunciate de die in diem salutare ejus. Annunciate inter gentes gloriam ejus, in omnibus populis mirabilia ejus.* Ibi agitur de adventu Filii Dei, & incarnatione ejus, ac redemptione: quam admirabilibus modis ac mysteriis operaturus erat Christus non solum pro salute Iudaeorum, ad quos primo missus est; sed etiam pro salute omnium gentium, omniumque populorum, qui reprobatis ob caecitatem Iudaeis, venire debebant ad fidem & lucem Evangelii. Hanc itaque incarnationem, redemptionem, ac salutem per Christum operandam, toto vultu Orbis publicari, tum Palamilla indicto Psalmo, tum Isaia's Prophecia in hoc canticum, dum dicit: *Annunciate hoc in universa terra, quia magnifice fecit, sive ut legunt LXX. quia excelsa fecit.* hoc est res sublimis & admirandas fecit; magna ergo ejus & miracula ac gloriosa opera ipsius publicare, & omnibus gentibus manifestare facite, quia ad omnes spectant gentes, & totius Orbis salutem.

Quia igitur Samaritana haec inter gentium primitias erat electa, & admirabili modo e peccatis & caecitate educta; cumque non minus magnificandus sit Christus in animae peccatricis conversione, quam in cœcorum illuminatione, aut mortuorum vivificatione ideo merito insonare potuit post conversionem suam: *Cantate Domino, quia magnifice fecit.* Magnifica fuit ejus incarnatio, magnifica civitas, magnifica in tot mysteriis infantia, magnifica adolescentis conversatio, magnifica in perfecta aetate miraculorum operatio, magnifica praedicatione, qua tot peccatores convertit, magnifica in omnibus virtus eloquii ejus; quae & in hujus Samaritidis conversione apparuit, illorumque, quos ad ipsum adduxit, immo pene totius civitatis Sichem, sive Sichar. Hoc bene jactum exordium in Gentibus (extra Iudaeam postmodum sese debet magnifice extendere in omnem terram, profequendo & perpendendo per Samariam in omnes gentes, ut patet Act. 8.

Concluditur tandem Canticum. istud hoc epithonemate: *Exulta & laeta habitatio Sion, quia magnus in medio tui sanctus Israel.* Quo quidem versu invitatur omnes Sionidae sive omnes Christiani, qui in Sion, hoc est, in Ecclesia per Christum congregata, commemorantur, ad laetitiam & jubulum, cum gratiarum actione de tot beneficiis à Christo promanantibus: quia in medio eorum semper is agit speciali sanctificatione & protectione, qui in finem saeculi promissis cum suis esse, & ideo nomen Emanuel adimplerit, quod significat, *NOBISCUM DEUS.* Ipse ergo in medio nostri tanquam *SANCTUS ISRAEL*, sive tanquam verus Deus Israelis, non secundum carnem, sed secundum spiritum. Et ideo *SANCTUS* dicitur, quia & in se sanctitatem habet, & quia in Sanctuario aeternitatis habitat, & quia sanctitatem a nobis imperit; denique quia à nobis sanctificandus est, exaltandus, & glorificandus, ac magnificandus. Magnus ergo in medio nostri esse debet, qui magnus in se in immensa sua Divinitate propter nos dignatus est sese humilia-

miliare, ut nos exaltaret. Humiliavit se usque ad formam servi, qui erat in forma Dei, ut nos elevaret ad hoc consortium magitudinis & divinitatis: & hoc certe debet esse obiectum laudis & lætitiæ nostræ. Nam in hoc exultabat Samaritana, quod agnosceret jam advenisse tempus tandem exoptatum, & torque oraculis prænuñciatum in quo ille in medio hominum agebat, qui Christus & Messias expectabatur, congregans & instruens novellum cœtum, quem speciali unctiōe & gratia sanctificaturus venerat, qui & ei dixerat: *Ego sum, qui loquor tecum*. Ipsum ergo & magnificati ipsa, & à nobis vult magnificeri, vel eam ob causam, quod dignetur esse per incarnationis mysterium in medio nostri, ad docendum, ad ducendum nos, ad illuminandum, ad pascendum, ad vivificandum, ad irrigandum & fecundandum, quia ipse est Doctor Ecclesiæ sue, eam erudiens, ipse est Dux eam dirigens, ipse Sol eam illustrans, ipse Pastor eam enutrens, ipse Cor eam vivificans, ipse Fons Paradisi eam liquare cœlesti irriguam efficiens, ut fecundam reddat floribus & fructibus æternum permanens. Ob hæc omnia in medio ejus agit. Exulta igitur & lauda, & habitatio Sion, quia magus in medio tui sanctus Israel. Lauda nunc in tempore, ut possis exultare in eo, & cum exultare in tota æternitate.

APPENDIX

De Samaritana post conversionem Prædicatione, ac de ejus Martyrio.

De nostra Samaritana sic loquitur Sanct. Chry. sostomus, explicans cap. 4. S. Joannis: *Adeo audio Jesu incensa est, ut relicta hydra & aqua, cuius gratia eo concesserat, in civitatem properaret, & ad Christum universum populum traheret. Venerat hauriende aque gratia, & cum verum Fontem invenisset, contempsit alteram; & superna veniente gratia, Apostolico murese fungitur. Itaque ex alloquio Christi, quadam ratione Apostolico officio decorata inflat S. Magdalenæ, ut secum alios converteret.*

Id ipsum asserit S. Ambrosius supra citatus ferm. 30. dum ait: *Novo admirationis genere mulier que ad puteum Samariæ meretrix advenerat, à Christi Fonte casta regreditur, & quæ aquam petere venerat, pudicitiam reportavit. Statim enim, indicante Domino, sua peccata recognoscens confitetur, Christum annuncians salvatorem. & relinquens aque vasculum ad civitatem non fert, aquæ hydrum, sed refert gratiam. Vacua quidem videtur reverti onere sed plena revertitur sanctitate. Quæ peccatrix advenerat, revertitur Prædicator. Quæ vasculum hydræ amiserat, Christi plenitudinem reportabat; in nullo civitatis sue inferens detrimentum, etenim si aquam civibus non intulit, tamen fontem salutis iniecit. Hæc dicit Sanct. Ambrosius.*
Vitis floriger.

Adde, quod non solum suis tunc civibus prædicavit, sed etiam postmodum cum duobus filiis Victore & Iosepho, ac quinque sororibus, Anatolia, Phori, Photide, Parascève & Cyriaca (quos omnes ad fidem converterat) dicitur apud Carthaginem in Africa Christum annunciasse, cujusque Evangelium prædicasse, ac tandem ibi cum illis suis filiis & sororibus, & quodam Sebastiano Duce ad Christum à Victore converso, illustre martyrium subisse sub Nerone, circa annum Domini sexagesimum. Vnde horum martyrium sic describit Hieremias Patriarcha Constantinop. Ex actis Martyrum Italicensium, quæ à Græco in Latinum translucit anno Christi 1580.

Primo, hi Martyres omnes in carcerem feterimum detructi sunt: inde in elibanum ardentem totis tribus diebus missi, à quo inde omnes extracti, semel & iterum veneno potati fuerunt. Plumbo etiam & resina in liquorem redactis, in ore Photinae (hoc fuit nomen proprium nostræ Samaritanæ) & in auribus cæterorum, sine detrimento susceptis, scapius bovinis nervis cæsi, per cœnibus que ferreis excarnificati, atque facibus igitis ad Martyrum lætera applicatis exusti: oculis demum erutis iterum in carcerem venenosus animalibus scatenem redacti sunt, ut tandem sine cibo & medicamine interirent. Sed cum illic Christi luce & visione perfunderentur, ac in pristinam sanitatem essent reducti, oculorum beneficio eis restituro, imò & miraculoso cibo tribus mensibus ac toridem diebus refocillati invenirentur, rursus ad novum adducti sunt certamen. In quo denuo flagris sævissime laniati, & ad ultimum pelle detracta frustrati cæsi, capite amputato, illustrissime martyrii palmam perciperunt: una dempta Photina, quæ in veterem cisternam immissa, indeque detracta, impollutum Deo spiritum reddidit vigesima die Martii, quæ tum à Latinis, tum à Græcis ejus memoria annua celebritate recolitur. Ita refert exactis ab Ieremia Patriarcha traductis Franciscus Binarius in Commentario Chronici Lucii Dextri ad annum Christi sexagesimum, & ex eo Corn. à Lapide in cap. 4. Joan.

Quicquid sit de hoc Martyrii modo & circumstantiis particularibus, de quibus nihil speciatim expressum alibi referimus, hoc saltem certum videtur, hæc Samaritanam, cui nomen Photina, Martyrio obiisse. Quapropter in Martyrologio Romano adscripta est Martyrum numero de vigesima Martii, his verbis: *Eodem die Sanctorum Photina, Samaritana, Ioseph & Victorii filiorum, itemque Sebastiani Dacis, Anatolii, Phorii, Photidis, Parascèves & Cyriacæ germanarum: qui omnes Christum confessi martyrium sunt consecuti.* De qua re in Ad. Cor à Lapide ad Martyrol. Cardinalis Baronius sic ait: *Agunt in c. 4. Joan. de hac Græci hæc die in Menologio, feruntque eandem esse illud videntem fuisse Samaritanam, de qua Ioanne Evang. cap. disse testatur. In veteri Martyrologio Cassinensi de eadem agitur, tum eademque fuisse affirmatur. Hæc ibi Baronius Romæ*
k k k autem

autem religioſe caput ejus ſervatur, & oſtenditur in Eccleſia S. Pauli, teſte Cornel.

Menologium autem Græcorum ad diem vigelimum Martii ſic habet: Eadem die certamen Sanctæ Martyriſis Phœnixe Samaritanæ; cū qua Chriſtus locutus eſt, & Joſeph & iſtorū filiorū nec non ſebaſtiani Ducis, Anatalis, Phœnixe, Paraſceves & Cyriacæ germanarum ſororum: qui omnes Chriſti fidem confeſſi, martyrii palmā confeſſi ſunt. Ita Menolog.

Ex his omnibus ſatis colligitur, quā merito hæc Samaritana potuerit exſurgere cum Propheta in vocem exultationis & confeſſionis, & Pſalmum Domino decantare ac dicere: *Credidi, ipſo mihi ſide infundente, propter quod locutus ſum, (palam ſcilicet & coram omnibus) eandem fidem reſondere conata in aures eorum & corda. Ego autem humiliata ſum nimis, in recordatione & agnitione vitæ meæ præteritæ, & peccatorum, quæ mihi præſentavit. Ego dixi in exceſſu meo, dum me abundantiſſime pocaret, non vino vitis, ſed aqua vitæ; dixi, inquam, Omnis homo mendax. Vidi enim quod in homine non ſit ſperandum, & quod homo quicun-*

que promittit in fluxu hujus ſæculi aquis & puteis aliquam vel felicitatem vel refrigerium, mentitur & fallat. Ego autem invenii hominem, qui ſolus verax eſt, qui *Veritas eſt & Vita. Quid retribuam Domino, quod ſic mihi calicem Fontis vitæ propinavit? Imò, quid pro omnibus, quæ retribuit mihi? Calicem ſalutaris accipiam, & nomen Domini invocabo. Calicem non ſolum aquæ, ſed & ſanguinis reſpondam, invocans nomen ejus, quia nihil ei pretioſius offerri poteſt. Scio enim, quia *Preſioſa in conſpectu Domini mors ſanctorum ejus. Et ideo Vitæ meæ reddam, annuſciando omni populo gratiam & gloriam ejus, ſimulque in conſpectu cæleſtiſis Jeruſalem ex iſtimo animi voto & deſiderio ſanguinem meum fundam, ut ex atriis ejus, in quibus ſterterunt pedes mei, pergam & pertingam ad domum illam æternæ pacis, cujus *Aſcenſus eſt & purpureus in ſpiritu & veritate: ibi dabitur apponere os non ſolum ad ſtillicidiam ſtillicentiam ſuper terram, ſed ad ipſum Fontem vitæ cum omni ſatiatate; & concedetur ibidem in lumine videre,***

OPUSCULUM III. PLANCTUS FILIORUM ADÆ MORIENTIVM.

Continet explicationem piā Proſæ decantati ſolitiæ in Officiō Defunctorum.

RECT. R.
tripartita.

*Dies ira, Dies illa,
Solvet ſæculum in ſi viliſſa,
Teſte David cum Sibylla.*

PARS I.
Cur dies
iudicii,
dies ira
vocetur.
Soph. 1.

Dies iudicii extremi, à Sophonia Propheta, deinde ab Eccleſia, (quæ hæc verba deſumpſit ex Sophonia) per emphaliſm & anonomatiſm vocatur **DIES ILLA**; atque per hanc designationem ac indigationem ſpeciālem, multa energeticè & compendioſè indicantur. Idem eſt enim ac ſi diceretur.

Dies illa,

1. *Dies illa*, omnium mortalium oculis ſpectanda, & ab impiis cerèdè certius expectanda. 2. *Dies illa* ab initio ſæculi filiis Adæ prædicta, per ipſummet Adam, & per Enoch ſeptimum ab Adam qui dixit teſte Apoſtolo Iuda: *Ecce venit Dominus*

indas in
Epi.

in ſanctis millibus ſuis, facere iudicium contra omnes, & arguere omnes impios, de omnib⁹ operibus eorum. 3. *Dies illa*, omnium pene Prophetarum oraculis prænunciata, ut nullo ſæculo à memoria & mente

fidelium poſſet excidere. 4. *Dies illa*, in novæ legæ rurlus Evangelicis & Apoſtolicis ſcriptis multoties inculcata. 5. *Dies illa*, in officiis Eccleſiæ ſanctæ continèdè repræſentata & decantata. 6. *Dies illa*, quæ continet omnes dies præcedentium ſæculorum, quandoquidem de illa tunc ratio ſit reddenda. 7. *Dies illa*, ad quam omnes dies eundem, & in qua ſiniatur omnia tempora, & omnes dies. 8. *Dies illa*, quæ tot præcedentibus anguſtiis parcurit, & tandem parit æternitatem dierum nunquam finiendam. 9. *Dies illa*, quam expectat omnis creatura, ingemiſcens, ut liberetur à ſervitute & corruptione, quia *vanitati ſubjecta eſt non volens*, hoc eſt mutabilitati variæ obnoxia, peccatoribus & peccatis quaſi invita ſerviens. 10. *Dies illa*, quæ Iohannes Baptiſta, Præco Chriſti, in deſerto forti voce & zelo inſclamabat: dies inquam in qua veniet ille, cuius *ventilabrum in manu ejus, ut parget aream ſuam.* 11. *Dies illa*, quam Angelus Apocalypſis, volans per medium cælum, & habens Evangelium æternum, annunciat ſedentibus ſuper terram inſonans: *Timete Domi-*